CORPVS GLOSSARIORVM LATINORVM

A

GVSTAVO LOEWE

INCOHATVM

AVSPICIIS SOCIETATIS LITTERARVM REGIAE SAXONICAE

COMPOSVIT RECENSVIT EDIDIT

GEORGIVS GOETZ

VOL. V

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXXIIII

PLACIDVS LIBER GLOSSARVM

GLOSSARIA RELIQVA

EDIDIT

GEORGIVS GOETZ

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXXIIII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO

I GLOSSAE PLACIDI

§ 1. Placidi glossarum pleniore quam quae ad nos pervenit collectione usus est qui anthologiae Salmasianae miram praefationem concinnavit (cf. RIESIVS Anthol. lat. I p. 69, BAEHRENS P. L. M. IV p. 241, LOEWIVS GL. N. p. 77 sqq., GOETZIVS Ind. Ien. 1893 p. 3 sqq.): quam praefationem, ne quid deesset quod ad crisin harum glossarum pertineret, ex apographo GVNDERMANNI subicere placuit.

Hactenusme. intrauurgamanimilitescentis[1])
inipitum tuaheretudo. instarmihiluminis
extimandeadenormam. redubiareconpellit.
sedantistatgerrasmea. sanitas diributa.[2])
et posartitum nasonem. quasiagredula:
quibusdam lacunis. baburrum stridorem:
auerrucandusoblatero. uosetiam uiriobtimi:
nemihi inanginamuestrę. hispiditatis arnan
ticataclumcarmeninreptet. adrabemmeam[3])
magi copertit. cicuresque conspiciteut alimones
meiscarnatoriis. quam censiones extetis.
igiturconrumo sensu. meam returemquam
uis uasculam pieridem. actutum de uobis.
lampenam comtulam spero. adiuta nãq:
cupediapresumentis. iamnonexippitandum
sedoppitandum sibiesseconiectat.
ergobenepedam. mehacpudoricitimum. coluca
ri consete:
q̃msihęcneccreperat. extiterint necfracebunt.[4])
quęalucinari. uelutuouinator. adactus sum

---

1) *litescentis* ex *litiscentis* corr. m. 1, ut vid. ‖ 2) *meas . anitas* m. 1: *mea . sanitas* corr. eadem man. ‖ 3) *cataclum* ex *tataclum* m. 1, ut vid. ‖ 4) *extiterat* ante corr.

uoti uobisdamiumusqueadexodium uitulantius [1])
coagmentem:
quis enim mesonibium etnonmurgissonemfa [2])
bula autamabit quam mentorem
exfaballibit altibuans. unde faboremexfebruate
fellibrem utapludam armonie temsoreame
uelutambrone collectamadoreosuertatis instrup
pas

Ex qua vocabulorum glossematicorum farragine nunc haec apud Placidum non leguntur: *carnatoriis, coagmentem, inreptet, obblatero, pedam, pos* (?), *rauim, returem, soniuium, struppos, tensore, uasculam, uitulantibus:* quae quin olim inter reliqua exstiterint non est cur dubitemus. Cf. Ind. Ien. a. 1893/4 p. 3.

§ 2. Saeculo decimo quinto harum glossarum codex ex nescio qua bibliotheca protractus est, qui cuius aetatis fuerit ignoramus; ex illo quotquot nunc exemplaria exstant ducta sunt omnia, cum ipse misero fato perierit. Ex his autem apographis pendent viri docti sexti decimi et septimi decimi saeculi qui Placidi glossas commemoraverunt, ut Fvlvivs Vrsinvs in editione Festi (cf. Loewivs Prodr. p. 151), Lindenbrogivs in comm. ad Ter. p. 637[a] (ed. Francof. 1603), alii: ex eisdem pendet Maivs, qui in tertio Class. Auct. volumine (ed. Romae a. 1831) p. 427—503 editionem principem Placidi emisit, quam editionem in Germania repetivit Reinholdvs Klotz in Iahnii et Seebodii Nov. annal. t. suppl. II (a. 1833) p. 439—471 et 485—492: neque alius prosapiae codicem esse ex quo Iosephvs Corsi hausit 'Annali delle Università Toscane. Parte prima. science neologiche. Tomo primo. Pisa 1846' p. 149—174 mox videbimus. De codicibus Romanis egerunt in Germania Kettnervs in Hermae vol. VI p. 166, Mommsenvs ibidem vol. VIII p. 67, Wilmannsivs Mus. Rhen. vol. 24 (a. 1869) p. 362 sq., Keilivs Gr. L. vol. VI p. 247. Deverlingivs denique codicem Hamburgensem adscivit una cum Corsiano, cuius memoriam Fridericvs Ritschelivs Mus. Rhen. vol. 25 (a. 1870) p. 456 sqq. (= Op. III p. 55 sqq.) resuscitaverat. Post hos ipse hanc quaestionem tractavi in Ind. Ien. a. 1891, ex qua commentatione multa eorum quae secuntur repetita sunt.

§ 3. Codices mihi noti sunt omnino hi:

1) Cod. Vaticanus 1552, foliorum 134 membranaceorum

1) *uitulantis* m. 1: unde *uitulantiis* (u supra) eadem m. ‖ 2) *sonibium* ex corr.: *u* pro *c* vel *o* facta est.

(22 × 29 cm.), haec continens: a) Paulum Festi epitomatorem in fol. 1—93, scriptum a. 1453; b) Placidum in fol. 94r—125r eadem manu scriptum; c) expositionem Vergilianae continentiae, h. e. Fulgentium, in fol. 126—134, eadem manu scriptam. Codicem postea ipsa quae scripsit manus alio atramento correxit: quas correctiones manui secundae adscripsi. Librum contulit cum Maiana editione GVILELMVS MEYER: apographon accuratissime confecit GOTTHOLDVS GVNDERMANN. Lectiones eius *a* littera notavi.

2) Cod. Vaticanus 1889, foliorum 108 partim membranaceorum, partim papyraceorum, saeculi XV. Continet in fol. 1—18 'problemata Plutarchi', deinde post varia opuscula ad glossas non pertinentia in fol. 91—108 Placidum. Codicem contulit cum MAII editione GVSTAVVS LOEWE.

3) Cod. Vaticanus 3441, olim FVLVII VRSINI (cf. P. de NOLHAC, la biblioth. de Fulvio Orsini p. 378), qui ipse multas emendationes adscripsit (= m. 2), chartaceus, miscellaneus saec. XV. VRSINI manus non semper facile a manu prioris correctoris h. e. ipsius scribae dignosci potuit. Codicem (*b*) cum MAIO contulit GVILELMVS MEYER.

4) Cod. Vaticanus 5621 saec. XVI, qui 1) Atilii Fortunatiani artem et alia quaedam opuscula grammatica continet; 2) in fol. 31 incipiunt glossae Placidi; 3) sequitur Fulgentii expositio Vergilianae continentiae; 4) finem faciunt opuscula grammatica (cf. KEILIVS l. s. s.). Ex hoc codice potiores lectiones LOEWIVS enotaverat, litteras A et C MEYERVS contulerat: apographon confecit IOANNES TSCHIEDEL. Huius libri scripturas *c* littera notavi.

5) Cod. Angelicanus R. 4. 7 (olim II 4. 18), chartaceus saeculi XVI, 31 foliorum in 8. In involucro manus saec. XVI scripsit: *Dictionarium Placidi nondum impressum*, quibus manus recentissima *Mai auct. Class. III, 427* addidit. In fol. 1r legitur *Incipiunt glossae Placidi grammatici*, in fol. 31u *Vernalis a uerno tempore dicitur. Laus. Deo. Amen.* Hunc codicem (quem MAIVS non videtur novisse) contulit GVILELMVS MEYER.

6) Cod. Hamburgensis saeculi XVI vel XVII; est formae quartanae; continet 148 folia chartacea. Primo loco est (fol. 1—7) '*Index uocum barbararum uel quae barbarae uideri possent a Petro Blesensi usurpatae et a Iohanne Busaeo explicatae*, secundo (fol. 8—99) *Ioannis Lydii glossarium latino-barbarum, uocabulorum obscurorum quae in Clemange atque aliis sequioris saeculi scriptoribus inueniuntur*, tertio (fol. 100—119) *Officia siue magistratus* (opus ad res ecclesiasticas spectans), quarto (fol. 120—148) *Incipiunt glossae Placidi grammatici* ... *Laus. deo Amen.* Glossas alia manus scripsit atque antecedentia.

Adnotationes marginales plerumque secundae manui debentur coaevae, vix recentiori. — Huius codicis apographon continet cod. Londinensis Egerton 270: *Luctatii Placidi grammatici glossae hucusque nondum typis editae. — Ex apographo bibliothecae publicae reipublicae Hamburgensis describi curauit E. Spangenberg anno MDCCCXXVI mense Novembri.* De codice Hamburgensi haec adnotata sunt: *Apographon a quo codice ueteri desumtum, non liquet, forte descriptum est sub auctoritate Frid. Lindenbrogii, cuius manum in quibusdam marginalibus deprehendere mihi uisus sum.* Cf. quae dixi 'Sitzungsberichte der K. Sächs. Ges. d. W.' 1889 p. 229 adn. Hunc librum editioni suae adhibuit Deverlingivs. Iterum Ienae contuli.

6) Cod. Corsianus, nunc deperditus, de quo Corsivs haec dicit: '*È questo un uolume in pergamena in 4°. di carte scritte 123, colla prima pagina adorna di ricche ed eleganti miniature, danneggiato moltissimo, perchè stato fin qui mal custodito, e che, divenuto adesso di mia proprietà, da me si conserva diligentemente. Esso contiene due opere: una Grammatica in latino della lingua latina, di che non è qui luogo a parlare, e le Glosse di Placido Grammatico. Volendo far congettura circa la antichità del mio Codice, dirò parermi che le due opere sieno state scritte in due tempi diversi, ed unite poscia in un corpo per l'attinenza che hanno tra loro. Io penserei che la Grammatica non eccedesse il secolo XV, benchè certamente debba riporsi verso il principio di quello, e che le Glosse fossero scritte intorno al secolo XIV. Fan chiara fede della maggiore antichità delle Glosse i nessi e la forma dei caratteri, più antichi molto che non quelli della Grammatica, e per la età in parecchi luoghi sbiaditi e pressochè spenti: dal che deriva che alcune pagine di tal Glossario sono leggibili con grave pena, e che molte parole non si discernono affatto, mentre che facile e sicurissima è la lettura della Grammatica.*' Inscriptionem suae editioni hanc dedit Corsivs: *Incipiunt Glossae | LVCTATII PLACIDI GRAMMATICI | IN PLAVTI COMEDIAS | PER A LITTERAM.* De aetate codicis frustra quaesiti (cf. Ritschelivs Opusc. III p. 61) recte Ritschelivs dubitavit: qua de quaestione infra dicetur.

Ad hos sex codices accedunt excerpta codicis Vaticani 2741 saeculi XVI: sunt circiter 160 glossae, modo contractae, modo auctae, modo immutatae. Inscriptio haec est: *Ex Placido grammatico excerpta*, subscriptio: *Finis.* Excerpta insunt in fol. 20r—25r. Apographon reliquit Loewivs. Cf. Wilmannsivs l. s. s. p. 363. — Pauculas quasdam glossas continet codex Ambrosianus D 498 inf. saeculi XVI post varia opuscula grammatica, scilicet hoc modo: *INCIPIVNT GLOSSAE PLACIDI GRAMMATICI Alumna ab*

alendo dicta. nam q̄ alit et q̄ alitur alumna dici potest ·i· nutrix et quae nutritur et nutrit sed melius tn̄ q̄ nutritur, Abuti et bene est et male uti, Abnuere est etc, in fine Elementi V. Vernus subdolus seruilis (haec vox lineola deleta est) *et malus seruilis. Vnde uernae dicuntur serui qui domi nascuntur. Vernalis a uerno tempore dicitur. Finis.* Cf. Kettnervs l. s. s. p. 165.

§ 4. Inter codices Vaticanos singularem locum tenet 1889, quippe qui tantopere cum Vaticano 1552 congruat, ut fieri vix possit quin ex eo descriptum esse putemus. Quod cum iam Loewivs vidisset, breviter tetigi Ind. Ien. anni 1886 p. VII; argumenta protuli Ind. Ien. a. 1891 p. 3 sqq.; sunt haec: 1) summa est utriusque libri congruentia; ubi differunt, corruptiorem formam ostendit 1889, qui insuper lacunas habet ex errore librarii explicandas; 2) in Vaticano 1889 saepius *d* et *ol* confusae sunt: in Vaticano 1552 scribendi genus tale est, ut errorum originem facillime perspicias; 3) fol. 109^{u} Vaticanus 1552 habet: *Facessite est frequentatiuum facite dicimus et facessite re,* dein infra versum adscriptum est *cedimus;* Vaticanus 1889 *cedimus* omittit. Porro in 1552 est: *Echo grecum nomen est est autem ymago uocis quae in con ‖ concauis locis resultat;* 1889 in eodem versu habet: *in conconcauis.* Harum autem rerum et similium tanta est multitudo, ut non dubitaverim scripturas libri 1889 ex apparatu excludere.

Ad eandem familiam sine dubio codicem Corsianum referendum esse multae lectiones docent, velut hae: p. 7, 3 *Antes* pro *Ancras,* p. 13, 19 *a consulendo et ractandum est* (*a consulendo et tractando dictum est*), p. 20, 27 *expliciunt .c. explicuit* (*explicuit*), p. 17, 26 *Deduptus* (*Decluptus*), p. 18, 21 *ualde* om., p. 21, 36 *Falla facili* 1552, *Falla facili* cod. Corsianus, ubi $\overset{\textit{alla}}{\textit{Facili}}$ cod. Vrsini, *Falla* 5216, ut alia mittam. Quae similitudo tanta est, ut nullo modo Corsianus liber ex necessitudine libri 1552 solvi possit. Quamquam non desunt quae discrepent; sed haec ita comparata sunt, ut modo corruptelae modo emendandi studio debeantur. Corruptelae assignabimus velut p. 7, 32 *Aeruscus* pro *Aeruscans,* p. 8, 11 *inconflatus* pro *inconstans,* p. 14, 31 *uomeri* pro *non erit,* alia. Emendationum exempla haec sunto: p. 21, 27 *exuspirandum* pro *exipitandum,* p. 4, 14 *aliquam rem* pro *de aliqua re* (ita etiam liber glossarum), p. 13, 14 *farra* pro *fata* (*saxa* verum est), alia multa, quibus praefationem onerare nolo: cuius interest plura nosse, sumat ex apparatu Deverlingii. De qua ratione nulla dubitatio nasci potest: nam etiam quae recte exhibentur non posse ex antiqua traditione fluxisse consensus reliquorum libro-

rum et libri glossarum saepissime demonstrat. Neque illud obstat, quod aliquoties Corsiano codici miro modo cum libro glossarum convenit, quae nescio an ex Papia correxerit scriptor. Eidem homini qui tot locos temptavit haud dubie debetur inscriptio *Glossae Luctatii Placidi grammatici in Plauti comoedias*, quae viros doctos admodum vexavit. Denique non dubito, quin liber quinti decimi saeculi fuerit. Quae cum ita sint, Corsiano libro aut cautissime utendum aut potius non utendum est: qua re scripturas eius omisi.

§ 5. Vt Vaticanus 1889 ex Vaticano 1552 originem duxit, ita codex Angelicanus ex Vaticano 3441 videtur repetendus esse. Similia enim et permulta deprehendi possunt congruentiae exempla: quae discrepant talia sunt, ut Angelicanum aut ex ipso Vaticano esse derivandum aut ex fratre gemello nunc deperdito certum sit. Hoc ita esse vel ex eo videbis, quod in Vaticano saepius *H* exstat, pro quo *N* est in Angelicano, ut p. 21, 32 *Exhauterantibus* (Vatic.) = *Exnauterantibus* (Angel.), p. 38, 22 *PHisica* (Vatic.) = *Pnisica* (Angel.), p. 38, 20 *Pseudotirum* (with *Hy* written above) (Vatic.) = *Pseudotinyrum* (Angel.), p. 38, 18 *PENSOMENI* corr. in *PSEVDOMENI* (Vatic.) = *Psenuosomeni* (Angel.), alia. Etiam alibi factum est, ut quae m. 2 in Vaticano adiecerit corrigendi vel adnotandi causa simul cum scriptura primae manus describeretur ab eo qui Angelicanum confecit, velut p. 8, 14, ubi in Vaticano Fvlvivs adscripsit *Bolona s. uide glossaria graecol. ut sit Bolona redemptorum cetariarum*, Angelicanus mutilata lectione exhibet *F. Bolona uide gloss. caetariarum.* Omnino nihil inveni, quod non ex Vaticano explicari possit. Quod cum ita sit, ne huius quidem libri ratio habenda est.

Eiusdem prosapiae est codex Hamburgensis, cui iusto plus tribuit Deverlingivs. Nam ut mittam ingentem multitudinem locorum miro modo congruentium, quomodo natam esse dicemus veluti hanc scripturam (p. 33, 13) *Meunicare* nisi ex Vaticano ducemus sic exhibente: *Mennicare* (with *u* written above)? Rem ita esse etiam id confirmat, quod p. 8, 14 in H est: *Bolona. Gloss. Graecol. ut sit Bolona redemptorum* quae Vrsinvm Vaticano adscripsisse supra dixi. Conferri possunt alia velut p. 32, 6: *auctor uel curator* (margo Vaticani), *auctor uel curator* (Hamburgensis in contextu); p. 9, 17 *sine sensu* (ex falsa coniectura in marg. Vatic.), idem in contextu Hamburgensis, multa eiusmodi. Vt summam complectar, codex Hamburgensis est ex Fvlvii Vrsini exemplari derivandus; praeterea deterior etiam est quam Angelicanus. Accedit quod ille liber non quinti decimi saeculi est, ut videbatur Deverlingio, sed sexti vel adeo septimi

decimi, cuius temporis etiam Bvsaei notae sunt, quas idem liber quamquam alia manu scriptas exhibet. Itaque non est cur codex Hamburgensis ad crisin adhibeatur.

De excerptis codicis Vaticani pauca dicam: satis enim est monuisse, ea ad familiam codicis Vrsiniani videri revocanda esse, sed tantopere esse deformata contrahendo augendo transponendo, ut facile omnino neglegi et possint et debeant. Comparari potest velut haec glossa: *Limfari baccari est et furia quadam agitari ab aqua que huc atque illuc deriuata aut fusa discurrit. sunt qui dicunt spiritus quodam lymphatico aquarum perturbatos agitari.*

§ 6. Tres igitur sunt codices ex quibus archetypus librorum Romanorum redintegrandus est: codices Vaticani 1552, 3441, 5216. Quae res longe plurimis locis non sine probabilitate expediri potuit; difficultatem praebent loci correctionibus insignes: quales non ita multas habet *a*, sine dubio ex exemplari petitas, non coniectura inventas, multo plures *c*, plurimas *b*, uterque saepius ex coniectura natas quam ex exemplari haustas. Aliquoties *abc* conspirant, quas scripturas non dubitabimus ad commune archetypum revocare in eoque duplices scripturas extitisse suspicabimur. Saepius soli *bc* conspirant, in quibus non ubique prima ab altera manu dignosci potest: quarum lectionum maiorem partem emendandi studio tribuendam esse, minorem archetypo ipsa res docere videtur, quamquam certam normam et generalem qua niteremur non inveni. Nam ne Fvlvivm Vrsinvm quidem lectiones omnes de suo addidisse existimo. Sed quae sic nascitur difficultas, plerumque facillime solvitur adhibitis lectionibus libri glossarum de quibus mox agendum erit. Nunc hoc addo, me lectiones librorum *abc*, abiectis tamen quisquiliis quibusdam, velut *e* pro *ae* vel *ę*, aliis accurate proposuisse et superflua addere quam quod utile esse posset omittere ubique maluisse.

§ 7. Ex pleniore codice, similiter tamen disposito atque codex Romanus fuit, is hausit qui glossarum Placidearum longe maximam partem in glossarium transcripsit, cuius unicum nunc exemplar codex est Parisinus novae acquisit. 1298 saeculi XI, de quo — invento a Gottholdo Gvndermann — ipse accuratius egi primum Ind. Ien. a. 1886, tum libelli de libro glossarum scripti p. 59 [269]. Codex est membranaceus (30,5 × 20,5 cm.), foliorum 22, scriptura visigotica scriptus. Initium et finis perierunt. Initio duo quaterniones deesse videntur: legitur enim in fol. 6^u signum tertii quaternionis, in fol. 7^r et 14^u signum quarti, in fol. 15^u et 22^u signum quinti. Primi (h. e. tertii) quaternionis folium medium intercidit: glossae

inter *Ifigenia soror* et *Lacertus bracium* desunt. Praeterea folia 1—3 vario modo vel mutilata vel male habita sunt. Idem de folio 22 dicendum. Involucrum quod codex nunc habet membranaceum est, in quo vestigia scripturae ad opus liturgicum ut videtur pertinentis conspicua sunt. Agglutinata est scidula chartacea in qua m. saec. XVIII scripsit VOCABVLARIO GOTICO. Eadem m. in fol. 22 margini VOCABVLARIVM inscripsit. Scriptura in duas columnas dispertita est versuum quadragenum ternum. Correxit librum manus coaeva, quam saepius difficile a prima manu discernas. Codicem descripsit accurate de scripturae genere tractans Leopoldvs Delisle 'Mélanges de Paléographie et de bibliographie' (Paris, a. 1880) p. 180, ubi de patria libri haec proferuntur: 'Saint-Sébastien ou Saint-Dominique de Silos, abbaye des environs de Burgos qui parait avoir été un foyer d'activité litteraire après la réforme dont elle fut l'objet au milieu du XI siècle.' Cf. etiam 'Catalogue de livres rares et de mss., rédigé par M. Bachelin-Deflorenne. Paris 1878.' Apographon ex hoc codice confecit Gvndermannvs, quod cum ipso codice iterum in hac urbe conferre potui.

Triplex huius glossarii materia est: primum genus glossarum fluxit ex glossario quod ab *Abstrusa* incipit (C. G. L. IV p. 3 sqq.: cf. praef. eiusdem voluminis p. XIV § 10), alterum genus glossas haud indoctas amplectitur scriptorum locis notabiles, tertium denique glossae Placideae sunt. De primo genere non est quod amplius agamus; de altero genere conferenda sunt quae exposui in Ind. Ien. a. 1888 p. VIII sqq. et 'der Liber Gloss.' p. 63 [273] sqq.; Placidi glossae ad alphabeti severiorem ordinem dispositae — praeter primam enim litteram etiam alteram respexit qui excerpsit — haustae sunt ex exemplari pleniore quam archetypum Romanorum librorum fuit, ceteroquin neque ordine diverso neque materia ipsa. Severior enim alphabeti ordo ita demum effectus est, ut excerptor in littera *M*, ut uno utar exemplo, primum glossas transcriberet ab *Ma* incipientes, sequi iuberet *Me, Mi, Mo, Mu*: unde simul elucet, eas glossas quae, cum in libris Romanis non exstent, in ipsis illis ordinibus leguntur, non interpolatas, sed ex eodem cum ceteris fonte pleniore repetendas esse. Accedit quod liber glossarum, de quo mox agetur, multa horum additamentorum Placido diserte adscribit. Quod cum perspexissem, non potui satis habere ex hoc libro glossas Placideas exscripsisse, ut ad emendationem adhiberem: immo ipse ordo proponendus fuit. Itaque integrum exhibui glossarium, sed ut eas glossas quas Placidi esse sive libri Romani una cum libro glossarum sive libri Romani soli sive solus liber glossarum

testarentur stellulis notarem: de ceteris glossis quid existimandum sit ultro apparet.

§ 8. Nunc denique ad glossas Placideas libri glossarum pervenio, h. e. vasti illius lexici quod septimo saeculo homo doctus cuius nomen nescitur in Hispania contexuit variis ex fontibus hausta materia (cf. quae altero capite praefationis de hoc libro exponentur). 'Cuius memoriae', ut Loewii verbis (Prodr. p. 152) utar, 'ope vel corruptissimas glossas[1]) facile emendari posse Maivm non fugerat, qui in Class. Auct. t. VI a. 1834 ed. p. 554—574 emendationes et novas glossas codice Palatino 1773 m. saec. X usus evulgavit, qua in re neglegentissime eum versatum esse Wilmannsivs l. s. s. [h. e. Mus. Rhen. vol. 24 a. 1869] p. 373 sqq. ostendit. Deinde O. Mvellervs a Dvebnero *a* litterae glossas e codice Parisino 7644 excerptas impetraverat (cf. Festi praef. p. XXXIII), unde non multa p. 383 Festi protulit. Codice Monacensi 14429 saec. IX aliisque subsidiis item e libro glossarum derivatis usus Hermannvs Kettner laeto cum successu emendandi Placidi glossis operam navavit: cf. programmata 'Kritische Bemerkungen zu Varro und lat. Glossaren' p. 25—37 Halae a. 1868 et 'zur Kritik der Glossae Placidi' Berolini a. 1872 ed., atque commentationem 'Zu den Glossae Placidi' Hermae t. VI (a. 1872) p. 165 sqq. insertam. Denique eodem illo saeculi noni duobusque aliis duodecimi codicibus Monacensibus (cod. lat. 13002 et 22201) adhibitis A. Deverlingivs de glossis foedissime corruptis bene meritus est: vide scriptionem 'Zur Emendation und Ergänzung der Placidusglossen' in Diurnis gymn. bavar. t. VIII a 1872 p. 150—163 et 319—329.' His libellis et commentationibus addenda est eiusdem Deverlingii editio quae prodiit a. 1875 et supplementum editionis 'Glossae quae Placido non adscribuntur nisi in libro glossarum' (ed. a. 1876), denique commentatio volumini XIV Diurn. bavaric. gymnas. (a. 1878 p. 285 sqq.) inserta. Praeterea commemoranda est censura editionis Deverlingii quam scripsit Hermannvs Hagen codice Bernensi adhibito in Bvrsiani annal. phil. a. 1874/5, et eiusdem libellus 'de Placidi glossis in libri glossarum codice Bernensi obviis' (Bern. a. 1879): quibus si adiecero Loewii censuram (Gloss. Nom. p. 77 sqq.), summam eorum commemoravi, quae de glossis Placideis libri glossarum ante meum de libro glossarum libellum tertio decimo tomo commentationum Soc. Litt. Reg. Sax. insertum ab aliis scripta erant. De libris manuscriptis libri glossarum capite secundo agetur: nunc satis est dixisse, me

1) Hac in re nimis bene de libro glossarum iudicasse Loewivm mox apparebit.

duo libros praeter ceteros dignos iudicasse, ex quorum memoria antiquissima scriptura huius lexici erueretur: codicem Sangermanensem saeculi VIII/IX et codicem Palatinum saeculi X: reliqui libri quotquot sunt abici possunt, itemque qui ex libro glossarum petierunt has glossas, velut glossaria Salomonis, Papiae, Osberni, Hugutionis, aliorum. Codicem Sangermanensem hac in urbe partim GVNDERMANNVS partim ego excerpsimus, excerpta denuo cum exemplari contuli, codicis Palatini discrepantiam meis excerptis adiecit IOANNES TSCHIEDEL. Excerpsi autem non modo eas glossas, quas notula praefixa (PLAC, PLACI, PLA, PLACHI, PL, P, aliae) Placido attribuit, verum etiam reliquas quae quacumque nota signatae sunt (ut *de gl.*, *Virg.*, *Cic.*) tamen ad Placidum pertinent vel pertinere videntur, in his etiam eas non semel, quae non ex ipso Placidi codice, sed ex Isidoro transcriptae sunt (notis earum quae Placido non adscribuntur in fine glossarum adiecta). Saepius duae vel tres glossae Placideae continuae uno signo, quod primae vel priori glossae additum erat, comprehensae sunt; non minus saepe accidit, ut glossae vel glossis Placidi aliae adicerentur ex diverso fonte petitae sine sua nota. Tales ordines exscripsi, ubi non habebam quomodo alienas glossas plane dignoscerem; ubi dubitari non potuit, abieci glossas alienas quamquam nota Placidi comprehensas. Sed in hac quoque re plura exscribere malui quam omittere quae Placidi esse possint. Quod cur ita fecerim facile intellegent qui emendationi operam navabunt. — Glossae Placideae libri glossarum eiusdem generis sunt atque glossae codicis Parisini de quibus supra egimus; quod cum aliis lectionibus demonstratur tum eo, quod glossa *Lupam meretricem a rapacitate uel a libidine eius animalis unde et lupa lepidula festina* eodem in utraque memoria modo contaminata est, cum in libris Romanis glossae duae sint, sed eodem in loco positae (cf. DEVERLINGII praef. p. VI). Cum autem liber glossarum insuper easdem glossas praeter Placideas receperit quas inesse in libro Parisino supra diximus, codex autem Parisinus ex libro glossarum nullo modo derivari possit — id quod vel ordine glossarum qui est in codice Parisino excluditur — fieri vix poterit quin librum glossarum aut ex vetustiore exemplari eiusdem glossarii aut ex eodem cum illo glossario fonte repetamus (cf. commentatio mea de libro glossarum scripta p. 63 [273] sqq.). Harum sententiarum quae priore loco posita est mihi alteram probabilitate superare videtur. Qua in quaestione ne quis opponat, quod DEVERLINGIVS coniecit Diurn. gymn. bavar. vol. XIV p. 285 sqq. (cf. HAGENVS de Pl. gl. in l. gl. cod. Bern. p. 11), non ex uno, sed ex duobus libris fluxisse

glossas Placideas libri glossarum: hanc enim coniecturam non satis fundamenti habere existimo. Nam quod saepius eadem glossa bis extat loco diverso, velut sub *Inburim* et *Imburim*, *Exasterantibus* et *Exausterantibus*, *Fabisa especus* et *Fauisa especus* (cf. *Caluitio* et *Calbitio*, *Libitina* et *Liuitina*, *Ecferre* et *Efferre*, *Candis* et *Candius*, *Cabilla* et *Cauilla*, *Calculae* et *Cauculae*, alia exempla), id facile sic explicatur, ut eum qui composuit lexicon has glossas consulto diverso loco recepisse putemus, quo qui consulerent certius invenirent quod quaererent. Quamquam non omnino negem, hanc vel illam glossam Placideam ex glossario petitam esse in quo praeter alias etiam paucae Placideae glossae infuerint: cur tamen eum qui composuit librum glossarum consulto duo exemplaria Placidi adhibuisse putemus non esse censeo. — Forma glossarum quae est in magno lexico non modo vetustate, verum etiam bonitate saepissime libros Romanos vincit: rariora sunt exempla, quamquam non dixerim rara, quibus libri Romani meliorem scripturam servaverint. Liber Parisinus plerumque congruit cum libro glossarum; quod nonnulla rectius ibi traduntur et quaedam peius, eius rei rationem ex eis quae supra exposui facile perspiciemus. Vbi liber glossarum cum codicibus Romanis concinit, eam formam nacti sumus quam homines ante septimum saeculum legerunt. Ex eadem memoria ni prorsus fallor pendet Isidorus; quibus idem differt, iis merito diffidemus, cum satis libere eum uersatum esse in excerpendis auctoribus dudum intellectum sit. Sed extant etiam alterius recensionis vestigia, quae ut a libro glossarum et codice Parisino, ita a libris Romanis pariter diversa fuit, de qua nunc agetur.

§ 9. Inter glossaria quae Placidearum glossarum partem continent non infimum locum obtinet codex Ambrosianus C 243 inf. membranaceus saeculi X vel XI, de quo paucis egit Loewivs Prodr. p. 177 sq. 'Lexicon exhibet latinum quod medium quasi locum tenet inter glossaria ex rerum ratione et secundum litterarum ordinem conlecta. Secutus est enim qui composuit alphabeti ordinem ita, ut singulas litteras pro varia rerum declarandarum indole in certa capita distribueret, quorum in fine glossae a materia tractata alienae adduntur.' Ex copiis Bobiensibus hunc librum in Ambrosianam pervenisse inscriptio testatur haec: 'Hunc codicem qui ex Bibliotheca Bobii a. S. Columbano instituta prodiit, Illustrissimo et Reverendissimo Card. Federico Borrhomaeo B. Caroli patrueli, dum Ambrosianam Bibliothecam institueret et manuscriptos codices undique conquireret, Religiosissimi Patres Ord. S. Benedicti simillimo munere donati humanissime tradiderunt a 1606.' Cui glossario etiam Pla-

cideae glossae insunt, partim ex Isidoro haustae quas mitto, partim ex alio fonte eoque haudquaquam malo, de quibus nunc paucis agendum erit. Primum ipsas glossas Placideas exscribam.

1. *Auspicium est inicium alicuius rei qui primum summit exordium id est inchoauit et est auspicium quod habet uel animalia paganis.* — 2. *Ausim uerbum est promissiui modi ut si dicas ausim dicere ausim recitare cuius cuius est prima uerbi persona audeo et declinatur ausim ausis ausit uel audit.* — 3. *Altrinsecus hinc et inde uel desuper sicut extrinsecus dicimus ab eo quod extra est aut intrinsecus ab eo quod intus.* — 4. *Alternis utrisque ex utrisque uicibus uel hinc et inde.* — 5. *Ales aquila sed et omnis auis potest dici ales.* — 6. *Age aduerbium est hortantis ad proemium dum et fit praeferendum esto ergo filium matre particulis sociata agendum est derebus subleuatus et raptus quasi per predam unde et latrones actores dicuntur.* — 7. *Blaterare corrupte et perperam rem loqui ut non magis fari secus quam ebrius delirare credatur.* — 8. *Conspirare dicimus uel ad bonum uel ad malum.* — 9. *Clauus interdum acutum interdum gubernaculum significat.* — 10. *Cinericię oues sunt cineris colorem habentes.* — 11. *Comesationes* (sup. sc. *sunt* et *idest* del.) *conuiuia quae ad peccatum prouocant et scribimus per unum m et per unum s.* — 12. *Coerciti idest uindicati idest in quibus crimen punitur.* — 13. *Coercere uindicare significat item coercere dicimus circumire ut ciuitatem fossa uel campum fluuiis* (corr. e *fluuius*). 14. *Considere est in unum sedere.* — 15. *Consulto a consulendo et atractando dictum idest quod sic fit ut consulat et nocere non possit.* — 16. *Delibutus unctus tactus.* — 17. *Dubium quin idest numquid dubium.* — 18. *Dididit dispersit diuulgauit ut terris didita fama.* — 19. *Destricti enses euaginati idest euagina ducti.* — 20. *Deditioni dicitur quando se uicti aut uincendi hostes uictoribus tradunt dedere enim a deditione dictum est.* — 21. *Desipiscentes* (ex *Despientes* corr.) *sunt qui minus sapere incipiunt quam solebant.* — 22. *Defecare est decolorare* (*decolare* altero loco) *et res quasdam commixtas a fecibus segregare.* — 23. *Discrimen aliquando duarum rerum separationem ostendit quae coniunctę esse possunt ut in ornamentis mulierum aliquando uero periculum uitae et capitis.* — 24. *Enixa duas res significat et conata idest temptata ad efficiendum aliquid et quę partu libera est. niti enim uel eniti conari uel efficere est.* — 25. *Facessite frequentatiuum facite. dicimus et facessite recedite.* — 26. *Insignit insigne facit uel signum imponit translatum ab animalibus quae nota signantur.* — 27. *In propatulo est in aperto patula enim et propatula dicuntur loca diffusa et dilatata.* — 28. *Nudius tertius cum i dicimus et est aduerbium temporis.* — 29. *Neuterici libri idest noui uel recentes.* — 30. *Nauiter est*

bene et industrie et caute atque studiose ut nauis sit uel gubernator tractum anaui unde gnaui dicuntur boni docti ignaui stulti. — 31. *Oeconomia est ipsa dispositio rei alicuius quę prius ordinatur et sic discribitur ut puta ne lęderet iuno per didonem troianorum regem uenus rogat cupidinem ut didonem faciat amare hęc dispositio oeconomia dicitur.* — 32. *Obstudere est aliquid in angustias includere uel impellere.* — 33. *Opipare opulente diuitiis idest opibus conuiuium constuere.* — 34. *Osor inimicus ab odio dictus sicut amator ab amore et est generis communis hic et haec osor osrix enim dici non potest nisi a stultis (*adscriptum est in margine sup. *Osor qui alium odio habet).* — 35. *Ortigometra genus auium est id est coturnices.* — 36. *Oraculum est unde responsa dantur uel praedicuntur nam et ipsa res idest responsum quod datur oraculum dicitur.* — 37. *Oeconomia dispositio uel praemeditatio.* — 38. *Opificium est res aliqua quę in opere est uel ubi opera fiunt.* — 39. *Obstinatus est qui aliquid praecipitanter et sine ratione* (altero loco *reuocatione*) *facere festinat.* — 40. *Pronuba est quę nuptis praeest quęque nubentem coniungit.* — 41. *Pubes modo significat iuuentutem modo partem corporis uerendam uel potius orrendam.* — 42. *Promulgatum est foras prolatum est uel constitutum ut lex dicitur promulgata.*

Nunc vero quaerendum est, quae ratio intercedat inter hunc librum (A) et P (h. e. Placidum librorum Romanorum) et G (h. e. Placidum Libri Glossarum). Consentit autem A cum P contra G his locis: 1. *qui* (*quo*); 2. *promissiui* (*promissi huius*): 4. *utrisque* (*utriusque*); 5. *sed et* (*uel*); 19. *e uagina* (*de uagina*); 34. *nisi a stultis* (*nisi ab imperitis*). Porro consentit cum G contra P: 2. *prima uerbi* (*uerbi prima*); 22. *defecare* (*desecare*); 23. *aliquando uero* (*aliquando*); 24. *libera* (*liberata* G. *laborata* P); 33. *opipare* (*opipare et*); 38. *uel ubi* (*ubi*). Ex qua re apparet, Ambrosianum neque ex libro glossarum pendere neque ex exemplari quale fuit archetypum librorum Romanorum, nisi vitia quaedam postea demum invecta esse putabimus. Quam tamen coniecturam dissuadent loci quibus A solus genuinam lectionem servavit, pariter autem corruptam GP exhibent. Velut in glossa 31, ut minora mittam, ubi GP haec habent: *ne laederet* (*laederetur* P) *iuno per didonem troianorum regem,* A addit: *uenus rogat cupidinem ut didonem faciat amare* (cf. Verg. Aen. I 657 sqq.). Idem de glossa 11 dicendum, ubi GP habent *Comesationes conuiuia et scribimus uno m et uno s,* contra sic A: *Comesationes sunt conuiuia quae ad peccatum prouocant et scribimus per unum m et per unum s.* Hoc additamentum commendant multae glossae velut ex libro glossarum excerptae hae: *Comessatio conuiuium meretricum, Comessationes luxuriosa conuiuia cum meretricibus mixta,* aliae. Duplex

igitur medio quod dicitur aevo videtur exstitisse recensio glossarum Placidearum: quarum alteram et libri Romani et liber glossarum cum codice Parisino servaverunt, alterius frustula exhibet codex Ambrosianus.

§ 10. Glossas Placideas non omnes sed multas continet codicis Vaticani 1469 saeculo X confecti (cf. Corp. Gloss. vol. IV p. XVII) glossarium septimum a fol. 162ʳ ad 223ʳ pertinens: de quo glossario cum paucis egerim Ind. Ien. a. 1886 p. V, nunc accuratius tractandum est. Insunt glossae Bedae (h. e. liber de orthographia), ex Paulo epitomatore Festi non paucae, multae ex Isidoro petitae, plures ex glossariis haustae, in eisque Placidearum pars haud sane parva. Qui composuit glossarium, rem ita instituit, ut saepius quae ex uno exscriberet fonte eodem in loco collocaret interpositis singulis glossis alienis. Quod ita se habere ex hac serie disces: *Puluinus et puluini geñ masculino neu puluinar et puluinaria sed puluinus priuati hominis ceruical uel cultura . Puluinar uero ac puluinaria principum sunt uel regum . Propter ideo . Promulgatum in omnium notitiam et totius uulgi intimatum . Pronuba est quae nuptiis praeest queque nubentem uiro coniungit dicta quod nubentibus praeest . idem et para nimphã . Pollinctor qui mortuos sepelit . Postumus dicitur puer qui mortuo patre nascitur quasi post humum patris idest sepulturam natus . Ptisana pisata . Promptuarium sonantius est quam promptuarium . item melius sanctuarium quam sanctuarium . multa enim licet similia sint tamen diuersis sonis eduntur. Promtaria cella dicitur idest cellarium . unde necessaria promuntur idest proferuntur . ceterum ipsa custos benedicitur promtaria quomodo cellaria . non tamen promtuaria uel celluaria. Ptisso tundo hoc est pisto . Pignora filiorum sunt uel affectuum inter se . Pignera que creditoribus dantur . sed haec utraque confundit auctoritas lectionis . Panchia adiacens domus . idest quinque uolumina moysi unde apostolus ait quinque uerba se uelle in ecclesia loqui . Plumarium clauatum . Paruipendere est contemptu animi aliqui magnum despicere . pendere enim estimare est . Pugio gladius manualis . Paraclitus per i uenit a paraclisis idest aduocatio siue consolatio . Preterea post haec . Porro aduerbium est temporis . Pagus possessio est ampla sed sine aliquo iure . unde et paganos dicimus alienos a iure uel sacris constitutis . Propositum institutum . Phisica gr̄ idest naturalia . phisis enim grece natura dicitur . Presago presagas presagare primae coniug . Praesagire idest futura dicere tertiae coniugationis productae . Propatulo publico .* Quarum glossarum longe maximam partem Placido adscribunt vel codices Romani cum libro glossarum et codice Parisino vel liber glossarum cum codice Parisino: glossae aliunde immissae

plerumque viles sunt. Huius igitur libri glossas quae conveniunt cum libris Romanis collatas vidi omnes: ceteras initio mihi proposueram item conferre, mox tamen cum perspexissem ad crisin Placidi inde nihil disci posse, hoc consilium abieci. Sic autem ut iudicarem, hae me moverunt ratiocinationes: I. Glossae Placideae codicis Vaticani neque ex libro glossarum pendent neque ex glossarii Parisini vetustiore exemplari: nam praeter ipsas glossas Placideas nihil est quod cum illis libris comparari possit. Accedit quod ordo glossarum ab illorum librorum ordine plane diversus est. — II. Glossae Placideae codicis Vaticani non ex recensione Romana pendent: nam admodum saepe cum libro glossarum et codice Parisino conspirant, differunt a libris Romanis. — III. Glossae Vaticanae pendere videntur ex eadem recensione quae in glossarium Parisinum et librum glossarum recepta est. — IV. Glossae Vaticanae saepissime foede mutatae mutilatae interpolatae sunt, id quod facile ex contaminatione complurium glossariorum explicari potest: itaque sicubi ab aliis libris discrepat libri Vaticani scriptura, suspecta est. — V. Glossas Placideas codex Vaticanus aliquot servavit quae absunt a libris Romanis: sed hoc ita esse non tam ex ipso illo codice quam testimonio libri glossarum cognoscitur. Quas glossas illi libri Placido non adscribunt, has Placidi esse ne tum quidem effici potest, si ipsis Placideis glossis insertae sunt: nam multae insertae sunt, quae procul dubio aliunde fluxerunt. — Quae cum ita sint, operam et oleum perderet, si quis illius libri glossas diligentius adhiberet. Aliquot tamen exempla exscribo. *Adiuua me et adiuua mihi utrumque dici potest. melius tamen me. adiuuo enim illum dicimus nisi forte dicas adiuua mihi onus quasi releua mihi onus* (fol. 165^{r} a); *Glaucus color interdum pro uiridi ponitur et qui amixtum habet uirori alborem unde et uergilius glaucas salices et oliuas glaucas dixit. item in equis aut in hominibus glauci oculi pro splendidi ponuntur* (fol 185^{v} b); *Harioli insani qui spiritu quo nescio inflati circa aras et templa uaticinantur* (fol. 187^{r} b); *Luum pestium he lues harum luum idest sordes elui digne* (fol. 195); *Oeconomia dispositio rei alicuius quae prius ordinatur deinde efficitur ut disponitur domus et sic fabricatur sic et a poetis uel auctoribus oeconomia prius ordinatur et sic describitur* (fol. 201^{r} b).

De reliquis glossariis quae glossarum Placidearum maiorem vel minorem partem continent non multa dicenda sunt: quorum longe plurima ex libro glossarum pendent. Pauca quaedam affinitate cum codice Parisino iuncta sunt, ut cod. Parisinus nov. acquis. 1296 et 1297. Aliquot glossae quae in codice Vaticano 1468 et

1471, item in codicibus Cassinensibus 90, 217, 402 exstant, eiusdem originis sunt cum codice Vaticano 1469, de quo modo dixi: ex quibus libris ad emendandas glossas Placideas nihil peti posse intellexisse mihi visus sum.

Haec habui quae de Placidi codicibus exponerem. MAII editiones neque plenas neque planas fuisse et alii pronuntiaverunt et ipse possum testari. KETTNERI industria quominus novam editionem perficeret immatura mors prohibuit. Operam haud malam his glossis navavit WOLFGANGIVS DE GOETHE, cuius excerpta a nescio quo facta bibliothecae Ienensi sunt tradita (cf. O. MEYER, Wolf Goethe, ed. Vimariae a. 1889 p. 65. 96): sane libri Romani noti GOETHIO fuerunt omnes. Anno demum 1875 prodiit DEVERLINGII editio adhibito apparatu multo pleniore quam antea, etsi non pleno, a qua editione profecti praeter ipsum DEVERLINGIVM plurima egregie tractaverunt FRANCISCVS BVECHELER, GVSTAVVS LOEWE, GVILELMVS HERAEVS, alii: quarum opera in indice generali accurate utemur. Nam etsi nunc apparatu satis amplo et vetusto instruximus glossas, non desiit valere illud RITSCHELII (l. s. s. p. 59): 'Die Hauptsache für Reinigung und Herstellung des Textes wird eben scharfsinnige Correctur des Bearbeiters thun müssen'.

II EXCERPIA EX LIBRO GLOSSARVM

§ 11. Magnum lexicon encyclopaedicum, quod intra annos 690 et 750 (cf. libellus meus 'der liber glossarum' p. 77 [287]), homo doctus in Hispania[1]) composuit quodque VSENERO duce nunc 'librum glossarum' appellare consuevimus (cf. Mus. Rhen. vol. 24 p. 382), praeter excerpta multa ex Isidoro, Augustino, Ambrosio, Hieronymo, Gregorio Magno, Eucherio, Fulgentio, Orosio, Eutropio, variis libris medicinalibus, Prisciano, Physiologo qui dicitur, Paulo abbate, aliis petita (cf. quae de fontibus l. s. s. p. 46 [256] sqq. disputavi) etiam glossas haud paucas continet quae nullo modo neglegi potuerunt. Quamquam quas ex Vergilio haustas esse glossas plurimas notula praemissa indicat, eas cur accuratius quam l. s. s. p. 56 [266] sqq. factum est tractemus non esse

1) In Hispania lexicon conditum esse quod ipse ex variis indiciis haud levibus conieceram l. s. s. p. 78 [288], novo argumento luculentissimo confirmavit MOMMSENVS: cui cum locum illius lexici derivatum ex Isidori historia Gotorum transmisissem, eum ex tali recensione illius libri petitum esse rescripsit, quae Pyrenaeos montes numquam superaverit: itaque de patria lexici dubitari nullo modo posse.

videtur: quas ex poetae exemplaribus fluxisse adnotationibus marginalibus saepe vilissimis auctas probabiliter coniecerim. De Placidi vero glossis primo capite satis egimus: restat, ut de glossis illis, quae notam *de glossis* vel *de gl* habent, quid dicendum videatur addam. Quas glossas cum omnes ex uno eodemque glossario vasto repetendas putavisset WILMANNSIVS (Mus. Rhen. vol. 24 p. 376), cur rectius ex maiore numero glossariorum minorum materiem transcriptam esse cum VSENERO (Mus. Rhen. vol. 24 p. 383) et LOEWIO (Prod. p. 223) statuamus, l. ss. p. 65 [275] exposui: quo in numero glossas 'Abstrusa' esse iam C. G. L. IV praef. p. XXIX commemoravi. In qua glossarum congerie multa trivialia inesse nemo est quin videat qui inspexerit; sed etiam perbonas glossas ibi exstare, in his non paucas nullo alio loco servatas, caecus negabit. Has quomodo melius operi meo adhiberem quam excerpendo eas quae melioris notae essent, non inveni. Sed de hac quaestione l. s. s. p. 66 [276] satis egi: nunc de subsidiis criticis dicam, quibus adhibitis EXCERPTA EX LIBRO GLOSSARVM edidi.

Pro fundamento editionis habui codicem vetustissimum Parisinum lat. 11529. 11530 (S. Germani lat. 12, 1 et 12, 2) membranaceum: quem librum cum accuratissime descripserim l. s. s. p. 9 [219] sqq., summam eorum quae dixi quam brevissime repetam. Scriptura est langobardica octavi exeuntis vel noni ineuntis saeculi; eiusdem temporis altera manus est, quae maiores et minores aliquot particulas codicis charactere carolingico qui dicitur supplevit. Errores haud paucos ex exemplari emendavit corrector vetustissimus (m. 2). Aliae manus recentiores perrarae sunt. Excerpta ex hoc libro partim GVNDERMANNVS partim ego anno 1891 confeceramus: quae excerpta denuo contuli et auxi anno 1893. Specimen scripturae libro meo supra commemorato adieci.

Praeter librum Parisinum adscivi codicem Vaticano-Palatinum 1773, olim Laureshamensem, membranaceum saeculi X, cuius in foliis 22^r—349^u liber glossarum continetur. Codice usus est MAIVS in Class. Auct. vol. VI et VII. Partem litterae B edidit WILMANNSIVS Mus. Rhen. vol. 24 p. 368 sqq. Placidi glossas ex hoc libro excerpsit GVILELMVS MEYER, cuius apographon mihi LOEWIVS reliquit. Sed cum haud paucas glossas omisisset MEYERVS, quas Placidi esse scire nondum potuerat, et Placidearum glossarum apographon meum codicis Parisini et reliqua excerpta IOANNI TSCHIEDEL Romam transmisi, qui meo rogatu et consilio discrepantiam codicis Vaticani adiecit, sed ita, ut minores quasdam diversitates velut *ae*, *e*, *ę* et similes plerumque excluderet. — Ex his igitur duobus libris et Placidi

glossas et Excerpta edidi. Notulas per quas fontes indicantur in glossis Placidi omisi, ubi recte praemissae erant: ubi alii fonti glossa Placidea adscribitur, notam post glossam adieci. Eandem normam in excerptis secutus ubicumque nota *de gl.* iure recteque praefixa est, nihil adnotavi: si quae glossae quas excerpsi alia nota notatae sunt, id semper adscribendum curavi. Qua in re inter eas glossas quibus ipsis illae notae praefixae sunt et glossas ex maiore serie quarum prima glossa notam habet petitas discrimen esse nolui. Aliquoties, ubi per plures paginas omnino nulla nota exstat in codicibus, glossis notam *om.* adscripsi, maiore probabilitate notas omnino omissas quam errore falso fonti tribui tantam glossarum molem coniciens. Ceterum de correctionibus libri Palatini, quas TSCHIEDELIVS accuratissime posse distinguere sibi visus est, hoc moneo, de temporibus manuum minus confidenter iudicari posse, sed recentiorem videri quintam. Cuius auctoritatis sint illae correctiones, haud difficile collato libro Parisino intellegetur. — Nunc vero quaerendum est cur in tanto numero exemplarium huius lexici satis habuerim hos duo libros elegisse, quos duces sequerer.

§ 12. Duplex omnino genus librorum exstat, quibus coniunctis crisis glossarum niti poterit. Ad eam classem, cuius optimum exemplar codicem Parisinum esse puto, pertinent codices Cambracensis, Bernensis, Augustonemetensis, Sangallensis, Monacensis; ad alteram classem, cuius ducem esse volui Vaticanum, pertinent codices Ambrosianus, Bambergensis, praeterea Vindocinensis et Turonensis, fortasse etiam Vercellensis: quos codices nunc paucis tractabo.

Codex Cambracensis 633 (cf. A. LE GLAY 'Catalogue des mss. de la bibl. de Cambrai' a. 1831) saeculi VIII exeuntis, 191 paginis membranaceis libri glossarum litteras M—Y continet. Hunc codicem a. 1891 Ienae contuli. Ceterum similitudo quae inter hunc librum et Parisinum intercedit tanta est, ut eodem fere tempore ex eodem cum illo fonte transcriptus esse videatur.

Codex Bernensis 16 (cf. HAGENVS in catalogo, dein variis locis Anecd. Helv., LOEWIVS Prodr. p. 225, VSENERVS Mus. Rhen. vol. 24 p. 385) membranaceus saeculi IX, litteras A—E continet. In fol. 43^{r}b scriptum est litteris capitalibus LIBER GLOSARVM, in margine extremo: HICEST LIBER SANCTI BENEDICTI ABBATIS FLORIACENSIS, quae verba etiam aliis locis exstant. Hunc codicem Ienae GVNDERMANNVS et ego contulimus: ex qua collatione intellexi scripturam fere ubique fideliter cum codice Parisino conspirare, ut eius discrepantiae ab apparatu facile abesse possint.

Codex Augustonemetensis 189 (h. e. Claromontanus) membranaceus saeculi undecimi continet maiorem partem libri glossarum ab A littera usque ad *Psallere*; sed in his quoque quaedam partes desiderantur. Membranae folia vacua aliquot, quae librarius reliquerat, aliis rebus expleta sunt partim ab eodem homine qui codicem scripsit, partim ab hominibus coaevis. Ita in fol. 149ᵘ leguntur *uersus de die iudicii et aduentu filii dei*; in fol. 109ʳ *de puero interfecto a colubre*; in foliis 109ᵘ—111ʳ tractatus francogallicus de quo cf. Koschwitz 'les plus anciens monuments de la langue française' 1886³ p. 12 sqq.); in fol. 45ʳ—45ᵘ *conquestio de morte uuilelmi*; in fol. 159ᵘ—160ᵘ tractatus francogallicus; in fol. 117ʳ carmen morale. Etiam hic codex, quem Ienae contulit Gvndermannvs, Parisini libri simillimus est, ut eius lectiones neglegi potuerint.

Codex Sangallensis 905 membranaceus saeculi decimi (cf. Vsenervs Mus. Rhen. vol. 24 p. 386, Scherrervs Catal. p. 321) praeter initium (fol. 1—5 perierunt) totum librum glossarum exhibet, non lexicon Salomonis, ut ante Vsenervm credebatur: quo ex libro praesto mihi fuerunt praeter ea quae Vsenervs enotaverat excerpta quae C. Leder mihi transmisit. Codicem ad classem Parisini pertinere ut multae scripturae indicant, ita ab ea maxime eo discrepat, quod saepissime in brevius contractae sunt glossae et contaminatae. Eo minus fuit, cur hunc librum apparatui adhiberem.

Codex Monacensis 14429 membranaceus saeculi noni (cf. L. Travbe Archiv. VI p. 263) foliis 3—214ᵘ totum lexicon continet; in fol. 214ᵘ versus de musis sunt; in fol. 214ᵘ—220ᵘ *decerptio de libro hebraicarum quaestionum hir*; in fol. 221ʳ—221ᵘ *explanatio fidei sancti hieronimi ad augustinum et alipium episcopos missa*; in fol. 221ᵘ *excerpta ex fulgentii expositione sermonum antiquorum*; in fol. 222ʳ—226ᵘ glossariolum illud de quo cf. Vsenervs Mus. Rhen. vol. 22 p. 442 sqq., 23 p. 678 sqq., Gvndermannvs ibid. 46 p. 489 sqq.; in fol. 226ᵘ regulae de *epistolis formatis* et alia quaedam. Hic liber, quo iam Kettnervm et Deverlingivm usum esse supra dixi, singula tantopere contracta habet, ut non tam librum glossarum ipsum quam eius epitomam contineri iure dicas. Itaque lectionis discrepantiam, quam accurate enotaveram, merito excludi censui.

Codex Ambrosianus membranaceus B 36 inf. saeculi undecimi, de quo egit Loewivs Prodr. p. XI, totum lexicon exhibet: ex quo ipse haud pauca olim excerpsi, alia addiderunt Loewivs et Fridericvs Schoell. Is codex in universum artissime cohaeret cum Palatino, ut apparatum eius lectionibus onerari noluerim.

Codex Bambergensis P. II. 33 (cf. Iaeck 'Beschreibung'

e. q. s. p. 71 sq., DEVERLINGIVS Diurn. gymn. bav. XIV p. 285 sq.) membranaceus saeculi decimi vel undecimi foliis 85 (fol. I[r] INCIPIT LIBER GLOSARVM) lexicon continet ab initio usque ad P litteram (ultima glossa est *Peculator dictus pro eo quod sit pecunię*). Qui codex ut lacunis abundat ita insuper in brevius contractas multas glossas exhibet. In universum easdem lectiones habet cum codice Ambrosiano et Palatino. Contulit librum GVNDERMANNVS anno 1891.

Codex Turonensis 850 membranaceus saeculi noni (cf. A. DORANGE 'Catalogue des mss. de la bibl. de Tours' a. 1875, MONTFAVCON bibl. II p. 1341, O. MVELLER praef. Festi p. XXXIII) librum glossarum praeter litteras G, H et partem litterae I (littera I incipit ab *Inpulitum herudictum*) continet: ex quo libro mihi quaedam benigne excerpsit DVBOZIVS bibliothecae Turonensis conservator. Contextus huius libri in universum conspirat cum Palatino, sed ut multa habeat, quae dubia sint. Ex paucis lectionibus, quas vidi, suspicio mihi nata est, hunc librum non semel correctoris manum expertum esse, qui mutationes ex Isidoro hauserit.

Codex Vindocinensis 113 et 113[bis] membranaceus saeculi XI (cf. OMONT, Catal. Général III p. 429) duobus voluminibus totum librum glossarum exhibet. Primi voluminis ultima glossa est: *Kauponem tabernarium de quo cycero cuius est nomen ycopo*, alterius: *Zografumenos qui pingit*. Lacunae maiores sunt post primi voluminis fol. 184[u] (litterae F), inter fol. 227 et 228 (*Karitas — Kateruae*). Hunc librum SCALIGERVM Vindocinae vidisse iam LOEWIVS Prodr. p. 229 commemoravit. Contulit codicem Ienae GVNDERMANNVS: ex qua collatione intellexi, eum artissimo vinculo cum Turonensi nexum esse, ut, quod de illo coniecerim, in hunc quoque pertineat, nisi quod de hoc libro, cum plurima excerpta in praesto fuerint, multo confidentius potuerim iudicare.

Codex Vercellensis 62 I (cf. WILMANNSIVS Mus. Rhen. vol. 24 p. 367, DEVERLINGIVS Diurn. gymn. bav. XIV p. 283) membranaceus saeculi X totum librum glossarum continet nisi quod in littera T unum folium desideratur. Ex eo quae novi partim DEVERLINGIVS publicavit, partim mihi excerpsit CONTIVS bibliothecarius Vercellensis: quae quamquam non multa sunt, tamen demonstrare videntur, codicem ad familiam Palatini libri pertinere, sed alia quaedam ex familia Parisini codicis adiecta et correcta esse. Illud constat, crisi glossarum hunc librum fundamentum praebere incertissimum.

§ 13. Reliquos libros et fragmenta librorum satis habeo quam paucissimis verbis tractavisse.

1. Codex Parisinus bibliothecae Sanctae Genovevae B. I. 19 duobus foliis partes litterarum A et L continet. Scriptura est saeculi octavi, simillima eius quae est in codice Cambracensi. Excerpta benigne misit C. KOHLER.

2. Codex Parisinus lat. nov. acquis. 2332 miscellaneus quattuor foliis membranaceis fragmentum saeculo nono scriptum continet, h. e. partem litterae A (cf. 'catalogue des mss. anciens de M. I. DESNOYER, par M. L. DELISLE Paris Iuin' 1888 p. 52).

3. Codex Harleianus 2735 membranaceus saeculi noni, olim PETRI DANIELIS, librum glossarum in brevius contractum exhibet (cf. LOEWIVS Prodr. p. 229 sq.).

4. Codex Parisinus lat. 7646 (Colbert. 1107. Regius 5030. 4) saeculi duodecimi nonaginta quattuor foliis membranaceis litteras A—C continet (ultima glossa est *Cauere uitare declinare*).

5. Codex Parisinus lat. 7644 (454. 4778) saeculi XIII foliis 262 membranaceis librum glossarum in brevius contractum exhibet (cf. O. MVELLERVS praef. Fest. p. XXXIII, qui nonnulla ex hoc libro protulit DVEBNERI usus apographo).

6. Codex Parisinus 7647 A (Colbert. 1042. Regius 5041. 3) duodecimi saeculi exeuntis 194 foliis membranaceis non Papiam, sed libri glossarum magnam partem (usque ad initium M litterae) continet.

7. Codex Parisinus lat. 7643 (olim PHILIBERTI DE LA MARE 276, Regius 3803. 6) saeculi X vel XI 113 foliis membranaceis epitomen libri glossarum continet, cui in fol. 114—136 alia quaedam opuscula adiecta sunt.

8—10. De codicibus Vaticanis 1463 et 1461/1462 item ut de codice Palatino 1774 conferenda sunt quae WILMANNSIVS Mus. Rhen. vol. 24 p. 366 exposuit.

11. Codex Turonensis 851 saeculi XV in catalogo apographon vetustissimi codicis Turonensis esse dicitur.

12. De fragmentis Engelbergensibus et Einsidlensibus cf. LOEWIVS Prodr. p. 230 et HAGENVS 'Jahresberichte' 1876 p. 348.

13. Fragmenta Portensia edidit C. R. FICKERT anno 1843: cf. BECKERVS Nov. annal. a. 1863 p. 643, VSENERVS Mus. Rhen. vol. 24 p. 388.

14. Codicis Halberstadiensis fragmenta publicavit HILDEBRANDVS a. 1845.

15. Codicis Cizensis fragmenta tractavit PETERVS progr. a. 1850.

16. Codicis Ienensis fragmenta saeculi decimi nuperrime invenit C. C. MVELLERVS, bibliothecae Ienensi praefectus.

Ad hos libros librorumque fragmenta addenda sunt exemplaria glossarii SALOMONIS, quod quomodo ex libro glossarum aliisque libris compositum sit l. s. s. p. 34 [244] sqq. docui, elementarii PAPIAE (cf. l. s. s. p. 38 [248] sq.), alia collectanea, quae ibidem accuratius percensui.

III GLOSSARIA AMPLONIANA

§ 14. Codicem Amplonianum 42, quem paucis tractavi praef. vol. II p. XLII, accuratissime descripsit GVILELMVS SCHVM ('Beschreibendes Verzeichniss der Amplon. Handschriftensammlung zu Erfurt' a. 1887 p. 35: cf. idem 'Exempla codicum Amplon. Erfurtensium saec. IX—XV tab. IV p. III), LOEWIVS Prodr. p. 111 sqq., H. SWEET, 'the oldest Englisch texts' a. 1885 p. 3 sq.). Continet, si titulo fidem habemus, '*antiquum uocabularium secundum ordinem alphabeti et de composicione uocabulorum Latinorum, Grecorum et quorundam barbaricorum et est in se triplex, ualde bonum. Quedam eciam excerpta de deriuacionibus et exposicionibus Huguicionis*', si rem ipsam sequimur, haec: 1) glossarium quod incipit a glossa *Apodixen*, exit in *zociacum sideralem*, in foliis 1—14 (id quod nos propter locum 'glossarium primum' appellavimus = p. 337—401 huius tomi), cui glossario interpretamenta saxonica permulta inserta sunt; 2) '*conscriptionem glosarum in unam quibus uerba quoque uel nomenalia mixtim uel latina uel saxoniae inseruntur*', h. e. glossarium quod incipit ab *Abtet uos*, exit in *zozum graece animal*, in foliis 14—34 (= p. 259—337); 3) glossas nominum, de quibus praef. vol. II p. XLII sqq. satis dictum est, in foliis 34—37. Codex est membranaceus, scriptus saeculo nono duabus ut videtur manibus, fortasse in monasterio germanico, velut Werthinensi. Quo ex libro primum glossarium integrum, ex secundo et tertio excerpta edidit FRANCISCVS OEHLERVS in Iahnii annal. suppl. XIII (a. 1847); quem tamen non semel erravisse iam LOEWIVS monuit. Glossas latinosaxonicas edidit HENRICVS SWEET l. s. s. p. 36 sqq.: cuius editio cum aliquoties a mea differat, eos qui utentur mea mihi fidem habere rogatos velim. Primum glossarium ego transcripsi, alterum transcripsit GVNDERMANNVS, utrumque typis iam expressum denuo cum ipso codice contuli.

Primo glossario Amploniano subieci discrepantiam codicis Epinalensis 7 saeculo nono scripti, qui quattuordecim foliis post 'sermones ex libris sancti Augustini numer. XLVIIII' glossarium ab *Apodixen fantasia* usque ad *Veterator* pertinens exhibet. Quem librum

cum MONEVS a. 1835 tractavisset et glossas anglosaxonicas inde excerpsisset in 'Anzeiger für Kunde der teutschen Vorzeit' t. VII (a. 1838) p. 134—153, novum apographum confecit QVICHERATVS, quod in bibliotheca Parisina asservatur ('no. 2717. supplément français': cf. 'Documents historiques inédits tirés des collections mscr. de la bibl. royale' t. I p. 447): post hos totius libri imaginem proposuit HENRICVS SWEET 'the Epinal Glossary . . . edited with transliteration, introduction and notes' a. 1883. Cuius transcriptionem cum scirem non immerito a doctis vituperatam esse, ubicumque fieri potuit exemplum phototypice expressum sequi malui.[1]) Ipsum codicem adire neque potui neque opus visum est. Ceterum moneo, SWEETIVM illum librum non nono, sed octavo saeculo attribuisse (cf. etiam 'the oldest Engl. texts' p. 1 sqq.).

§ 15. Glossariis Amplonianis subieci appendicem triplicem: 1) specimen codicis Cantabrigiensis collegii Corp. Christi 144 saeculi octavi, secutus editionem quam I. H. HESSELS ('An eigth-century latin-anglo-saxon glossary' a. 1890) ea qua par est diligentia confecit. De glossis huius libri quomodo cum Erfurtensibus cohaereant post alios breviter exposui ('Jahresberichte' a. 1892 p. 166): unde apparet, magnam partem glossarum ex glossario eadem cum Erfurtensi ratione disposito excerptam et ad severiorem alphabeti ordinem digestam esse. Quae cum ita sint cumque reliquae glossae ut magnam in studiis saxonicis ita in latinis perparvam habeant gravitatem, a consilio huius operis alienum visum est illud glossarium denuo edere: quale sit et quid valeat, ex litteris B et D, quas transcripsi, satis intellegi posse mihi persuasi. — His adieci 2) specimen codicis Leidensis, h. e. Vossiani Q 69 saeculi VIII/IX, de quo paulo accuratius agendum videtur. Qui codex foliis $20^r—36^r$ glossas continet ex variis scriptoribus ecclesiasticis derivatas, ex quibus non paucae transierunt in primum glossarium Amplonianum. Qua re qui illas glossas tractabit, his carere non poterit. Leguntur ergo in fol. $20^r—22^r$: GLOSAE VERB̅ DE CANONIBVS; a 22^u incipiunt VERBA DE SC̅I MARTYNI STO̅R; secuntur IN LIBR̅ ECCLESIASTICĘ ISTO̅R; a fol. 23^u ITEM DE ECCLESIASTICA STORIA, deinde BREVIS EXSOLVTIO; post DE PARALIPOMENON et DE SALAMONE; fol. 24^r DE ECCLESIASTEN; IN CANTICO CANTICORVM; DE SAPIENTIA; fol. 24^u DE ECCLESIASTICO; IN LIBRO ISAIĘ PROPHETE; fol. 25^u INNIEZECHIEL; fol. 26^r IN-

1) Meo errore factum est, ut p. 380, 43 in apparatu *sperƥi* poneretur pro eo quod in codice est *sperwi*.

DANIELEM; DE IOHEL VEL DE PROPHETIS MINORIBVS; fol. 26ᵘ IN IOB; IN IVDITH; DEESTES; IN ESDRA; fol. 27ᵘ IN MATTHEVM; DE MARC ET LVC ET IOHAN; IN LIBRO OFFICIORVM; IN LIBRO ROTARVM; IN LIBRO ANTONII; fol. 29ʳ VERBORVM INTPTAT; DECALOGO HIERONIMI IN PROLOG; fol. 30ʳ DE PONDERIBVS; fol. 30ᵘ DE CASSIANO; fol. 31ʳ DE EVSEBIO; DE OROSIO; DE SCI AGVST; DE CLEMENTE; DE DIALOGORVM; INCIP VERB; DE DIVERSIS NOMINIBVS; EX DIVERSIS LIB; DE DIVERSIS NOMINIBVS; DE CAELO; fol. 35ʳ VERBA DE MVLTIS; ITEM ALIA; ITEM ALIA; ITEM DE CASSIANO. Haec glossariola ex parte transcripsit Gvndermannvs, iterum cum codice ego contuli: ex quibus partem minorem edidi. Cf. quae de hoc libro exposuerunt Bethmannvs 'Zeitschr. f. d. Alterth.' V p. 194. 198, E. Martin ibid. XIV p. 191, Sweetivs 'the oldest engl. texts' p. 3 sqq., Steinmeyer 'Zeitschr. f. d. Alterth.' XXXIII (a. 1889) p. 248 sqq. — His tertio loco addidi specimen codicis Ambrosiani M 79 sup. saec. XII, qui a fol. 124ᵘ partim eandem cum Leidensi materiem sine interpretamentis saxonicis exhibet his capitulis discriptam: *de libro officiorum, de libro rotarum, de libro uite s̄ antonii, de cassiano, de eusebio, de orosio, de augustino, de dialogorum, glosę de regula sc̄i benedicti abbatis, prologi glose, glose de generibus monachorum, de diuersis codicibus glose.* Ex quibus capitulis speciminis causa nonnulla partim ex meo, partim ex Loewii apographo protuli.

IV EXCERPTA EX GLOSSARIIS ROMANIS ET CASSINENSIBVS

§ 16. Glossae 'A A', quo nomine a prima glossa ducto Loewivs has quas excerpsi glossas appellavit, in quattuor codicibus exstant, quos paucis tractavi praef. vol. IV p. XI. Codex quem excerptis pro fundamento esse volui Cassinensis 401 membranaceus saeculi X 158 foliis praeter hoc glossarium alia opuscula non exhibet, si discesseris a differentiis in fol. 1 et 2 positis, quarum principium periit. Correxit nonnulla manus saec. X/XI, paucissima m. saec. XV. Huius libri apographon confecit Gvndermannvs, a quo apographo mea excerpta pendent. — Ex codicibus Vaticanis duobus selectam discrepantiam adiecisse satis habui. Codex Vaticanus 3320 membranaceus saeculi noni foliis 219 glossas 'A A' continet adiectis in singularum litterarum fine excerptis ex Isidoro aliisque auctoribus petitis amplissimis. Codex olim Fvlvii Vrsini fuit. Ex hoc libro excerpta

mihi reliquit LOEWIVS. — Codex Vaticanus 1471 membranaceus saeculi noni praeter alia multa, de quibus mox agetur, tertio loco glossas 'A A' continet hac inscriptione: 'INCIP · LIB · ETHYMOLOGIARVM idest de proprietate sēr uēl glosa hocest hermineūata ab a usque in z'. Ex hoc libro excerpta reliquit LOEWIVS, alia multa enotavit GVNDERMANNVS. — His tribus libris accedit codex Vindobonensis 2404 (CDXIX ENDLICHERI: cf. tab. Vindob. II p. 68, LOEWIVS Prodr. p. 138) ad litteras A et B spectans; ultimae glossae sunt: *bucones stulti rustici, bustuarii qui corpora humana cremant, bubo nomen auis nocturnę, burgus castra, bullantes bullas emittentes.* Priorem partem mihi transcripsit CAROLVS KRVMBACHER, reliqua ARTHVRVS GOLDMANN: nolui tamen huic libro modo contracto modo aucto quicquam depromere. Ceterum ex his libris magis conspirant Cassinensis et Vaticanus 3320 valdeque superant glossarum ubertate codicem Vaticanum 1471 ordinibus additamentorum ex alio fonte adiectis. Verum ne eae quidem glossae quas codex 1471 continet eiusdem omnes sunt originis, sed compositae ex variis glossariis. Quae cum ita sint, de primaria forma glossarii 'A A' et compositione quaerere desii, excerpsi quae quaestiones glossographicas illustrare posse visa sunt, trivialia abieci. Ordinem secutus sum codicis Cassinensis ad alphabeti litteras accommodatum: a quo ordine persaepe discrepare Vaticanum 1471, rarissime Vaticanum 3320 hoc loco commemorasse sufficiet.

Iam secuntur excerpta ex codice Vaticano 1468 saeculi decimi, de quo haec praemittenda visa sunt. Codex foliis 94 membranaceis unum glossarium continet hac inscriptione: *Grece glossa latine lingua. Qui habet studium discendi Dabitur ei facultas intellegendi*; ultima glossa est *Zipherus est occidentalis.* Inter singulos ordines quae spatia vacua relicta erant, ea glossis repleverunt duae manus, quarum altera fere coaeva est cum ea quae codicem scripsit (quam manum in editione stellula notavi). Accedit manus altera, saeculi ut videtur tertii decimi, quae litterae A plurimas glossas inseruit a me in editione praeteritas, ex quibus nonnullas hoc loco profero: *Abiugassere disiungere dissoluere, Abingruentes abimminentes, Adamantias et gorgonias maleficia quedam per quae dicunt maritis amorem timoremque immittere, Aditalis qui adit, Adlositum adlisum, Allubesco aduiuo ꝉ placeo, Ancie capilli ammissi, Anacreon pro ante aposiut.* Ceterum commemoro lacunas esse non paucas in glossario; pergitur enim a *Mun* ad *Nas,* a *Nep* ad *Nus*; a *Ret* ad *Sab.* Sed etiam sic ambitus glossarii ingens est: sunt enim circiter 11300 glossae. Multis vocabulis accentus adiecit librarius ex parte tenuissimo ductu: quos in editione neglexi. Haec

autem editio facta est ex excerptis quae mihi reliquit LOEWIVS: quae iterum cum ipso codice conferre non potui.

§ 17. De codice Vaticano 1469 conferenda sunt quae praef. vol. IV p. XVII exposui; his addenda quae supra de Placidi glossis disputavi. Non excerpsit LOEWIVS glossas Bedae, excerpsit glossas Placidi, ex reliquis delegit ea quibus quaestiones glossographicas illustrari vel adiuvari sibi persuaserat, in quibus excerptis acquiesci posse existimavi.

Codex Vaticanus 1471 membranaceus saeculi noni (cf. § 16) haec continet: 1) in fol. 1r—6r glossas *Licenter licite* usque ad *Zona cingulum*; 2) in fol. 6r b *incipit hermineumata prisca qua uetustissimi italie sub latino et saturno sunt usi. Alieno more alieno genere uite* usque ad *Vollo luit fouet* (fol. 16r) h. e. glossarium Terentianum auctum in fine singularum litterarum additamentis aliunde haustis, quae abici posse putavi; extrema glossarii verba in fol. 16r superiore parte leguntur; fol. 15 post 21 inserendum fuit; 3) glossarium 'A A' usque ad fol. 92r (inter *Dilatum* et *Experiens* maior lacuna est; item inter *Priuatum* et *Restituam*; ultima glossa est *Virgultum silua minuta idest uirgula*); 4) in fol. 93r—98r glossarium *Encenia noua edificatio uel dedicatio* ad *Zozamin preparatio in acie* (longe plurima hebraica sunt: non excerpsi); 5) in fol. 98r INCIP DESTANTIA VERBORVM (*Inter absconditum et absconsum* ... *Profugus exilis extorris religatus est tempus transfuga:* reliqua interciderunt); 6) in fol. 117r—124u Synonyma Ciceronis (*Ductus aque iter cursus* ... *conseruabit moderatus est saluti fuit*); 7) in fol. 125r—127r glossariolum *Pelix riualis* ... *Ypotheca uniuersa substantia* (excerpta incipiunt a *Peciosus* e. q. s.); 8) in fol. 127r—130r INCIPIT ETIMOLOGIE LINGVE COMMVNIS QVA POETE VSI SVNT (excerpta incipiunt ab *Aematus*); 9) in fol. 130r—136u INTERPRETATIO FILIORVM IACOB DE EBREO. IN LATINO (hebraica et sacra sunt); 10) in fol. 137r—141r *Interpretatio sermonum scolasticorum idest glosa hieronimi presbyteri* (excerpta incipiunt ab *Absportat*); 11) in fol. 141r—149r *Nomina interpretata de hebreo in latino sermone quod exposuit beatus hieronimus Adonai* ... *Zizania ars eius uel auscultante domino*; 12) in fol. 149u—157r glossarium *Abgrego segrego* ... *Zizania lolium* (excerpta incipiunt ab *Abiectio disperatio*); 13) in fol. 157r—157u glossarium '*Auxiliari* ... *Partim diuisa per partes liberior largior*'. Ex quo libro excerpta mihi reliquit LOEWIVS. Idem apographon glossarii Terentiani confecit, quo usus sum. — In eisdem glossis Terentianis adscivi MORBII, equitis Mediolanensis, codicem qui ante aliquot annos Lipsiae publice venit. Qui liber saeculo de-

cimo scriptus praeter alia (cf. MOMMSENVS 'Monatsber. der Berl. Acad.' a. 1861 p. 1014 sqq.) etiam glossaria duo continet, ex quibus quae profero a GVILELMO MEYER excerpta et LOEWIO transmissa sunt. In fol. 136 exstant haec: ITEM HERMENEVMATA PRISCA QVA VETVSSIMI ITALIE SVBLATINO ET SATVRNO SVNT VSI. *Alieno more .... Vestibulum limen.* Cuius libri discrepantiam glossis Terentianis subieci. Interpretamenta quae ibi secuntur, quamquam magnisona inscriptione sunt ornata (*Item hermeneumata mixta quę post imperio enea latius promoto simul cum regibus et hominibus in romanam ciuitatem inrupit integritatem uerbi quod solocissimus et barbarismus*), tamen viliora sunt. — Partem harum glossarum in codice Vossiano oct. form. 24 saec. XVII legi in Addendis libelli monui, quo olim has glossas peculiari editione tractavi (Ind. Ien. a. 1885). Quas tamen hoc loco accurate adferre non satis rationis habere visum est.

Codex Vaticanus Reginae Christinae 1048, ex quo quinto loco nonnulla edidi, membranaceus est et decimo saeculo scriptus. In fol. 224ᵘ haec inscriptio est: *In nomine sancte trinitatis inmense incipiunt glose literarum trium linguarum conposite latina ebrea et greca*; sequitur glossarium ex qua pauca excerpsi; ceterum exitus glossarii intercidit (explicit in fol. 227ᵘ).

Codex Cassinensis 402 membranaceus est saeculi IX/X, de quo paucis egi praef. vol. IV p. XIX. Quod ibi tertio loco attuli glossarium, ex eo excerpta p. 549 sqq. exhibui. Apographo usus sum LOEWII. Illis quae l. s. s. memoravi glossariis alia quaedam submissa sunt: quarto loco glossarium est, cuius maior pars Isidoro deberi videtur (*Arithmetica ... Zelus*); quinto miscellanea leguntur, in quibus nomina Varronis et Bedae occurrerunt; sexto loco *scemata lexeos et dianoeas*; septimo tractatus medicinalis; octavo denique glossae ecclesiasticae diversi generis.

Codicem Cassinensem 90 membranaceum saeculi decimi praef. vol. IV p. XVIII commemoravi (cf. Bibl. Casin. vol. II p. 324). Excerpta quae ex hoc libro edidi reliquit LOEWIVS: partem codicis denuo GVNDERMANNVS et ego contulimus. — Similem materiem continet cod. Cassinensis 217 (cf. praef. vol. IV p. XVIII), sed adiectis aliis quibusdam additamentis neque multis neque notabilibus; unam glossam exscribo: *Aurelianus diademate primus gemmis auratam omni ueste usus est et porcine carnis usum p̊p instituit.* — Quod de codice 217 dixi, idem valet de codicis 402 primo glossario; quamquam hoc quoque quaedam peculiaria habet, velut haec: *Laguena et sigula greca sunt nomina inflexa ex parte ut fierent latina. illi enim lagî nos laguena. illi sicîle nos sícule uel sęcta dicimus*; *Litteriones qui legendo*

litteratos nihil sapere didicerunt. Horum librorum discrepantiam excerptis adhibere nolui.

Codex Vaticanus Reginae Christinae 215 membranaceus saeculi noni (ad finem perductus a. 876 vel 877) praeter alia multa *glossas ueteris ac noui testamenti* continet et in fol. 112ʳ—119ʳ *scolica grecarum glossarum.* Ex hoc glossario edidi excerpta quae LOEWIVS mihi reliquit. Quae glossae ut multa habent peculiaria, ita eo memorabiles sunt, quod ex hoc vel simili libro SCALIGER haud pauca recepit in collectionem quae postea errore Isidoro adscripta est: de qua collectione eis quae secuntur disputabitur.

V MISCELLANEA

§ 18. De glossis SCALIGERI — vulgo Isidoro adscriptis — post ea quae LOEWIVS Prodr. p. 23 sqq. docte disputavit paucis egi 'Sitzungsberichte der K. S. Ges. d. W.' a. 1888 p. 219 sqq.: ex quibus commentationibus haud pauca repetivi. — Anno 1600 VVLCANIVS in Thesauro utriusque linguae glossarum collectionem edidit hoc titulo praefixo: *Liber glossarum ex uariis glossariis quae sub Isidori nomine circumferuntur collectus.* Paulo post VVLCANIVM iteratae sunt 'Isidori' glossae in fine libri DIONYSII GOTHOFREDI I. C. 'Auctorum latinae linguae in unum redactorum corpus', qui editus est S. Gervasii a. 1602. 'Cum autem glossae VVLCANIANAE intra singularum litterarum ambitum sine ullo ordine coacervatae essent, sat utiliter apud GOTHOFREDVM ad severum alphabeti ordinem redactae sunt' (LOEWIVS Prodr. p. 23). Inserta sunt inter Isidori glossas 63 illa vocabula rariora, quae p. 613 sq. edidimus; adiecta sunt 'excerpta Pythoeana ex veteribus glossis', de quorum cum glossis a VVLCANIO editis necessitudine haec monuit LOEWIVS Prodr. p. 25: '1) longe maiorem glossarum Pithoeanorum partem mutato ordine, additis multis eisque saepe corruptis coniecturis et notis, ipsam miserum in modum corruptam, ex VVLCANII editione ita videri translatam, ut multas PITHOEVS omnino non reciperet, quacum ratione 'excerpta Pythoeana' titulus optime congruit; 2) hic illic codicum manuscriptorum opem videri adhibitam; 3) novas glossas perpaucas comparere'. Cf. idem LOEWIVS Prodr. p. 40 sq. VVLCANII editionem repetivit suasque emendationes adiecit Io. LVDOVICVS DE LA CERDA Adversariorum Sacrorum a. 1626 Lugduni editorum capp. CXLI et CXLII (cf. Prodr. p. 26 sq.). Sequitur Io. GEORGIVS GRAEVIVS, qui 'Isidori glossarium et Excerpta Petri Pithoei cum notis et animadversionibus' ad calcem 'Lexici Philologici et Cadmi Graeco-Phoenicis Matthiae Martinii'

Traiecti ad Rhenum a. 1698 edidit: cuius de opera cf. quae LOEWIVS Prodr. p. 29 exposuit. Porro THEODORVS IANSSONIVS AB ALMELOVEEN in nova M. MARTINII Lexici philologici editione a. 1701 emissa 'auctarium glossarum Isidori' adiecit — sunt 96 novae glossae — quas ex 'Isidori glossis manu scriptis PETRI et FRANCISCI PITHOEORVM' iam a SAVARONE ad Sidon. Apoll. adhibitis fluxisse LOEWIVS p. 34 demonstravit. Denique AREVALVS in editione Isidori tomo VII has glossas repetivit. De viris doctis qui coniecturis has glossas sanare studuerunt cf. quae LOEWIVS l. s. s. composuit.

Cuius generis essent hae glossae, ex verbis VVLCANII notarum p. 91 optime disci potuit: 'praeter libros originum, quos olim scripsit Isidorus Hispalensis Episcopus, circumferuntur etiam glossae, tum ipsius, tum aliorum, quibus tamen authoris sui nomen non est adscriptum. Eas omnes quotquot nancisci potui collegi, et non paucas ex exemplari cuius mihi copiam fecit Ill. Vir Iosephus Scaliger emendavi'. Revera VVLCANII editionem ex ipsis SCALIGERI collectaneis pendere facile demonstrari potest, cum illorum collectaneorum etiamnunc complura exemplaria exstent. Sunt autem haec: 1) codex Leidensis SCALIGERI 61, qui in foliis 48r—64r glossas 'Isidori' continet SCALIGERI manu scriptas hoc titulo: *Liber glossarum ex uariis glossariis collectus.* — 2) Codex Hamburgensis IX (catal. p. 117) qui 'librum glossarum Isidori ex ms. Iosephi Scaligeri' continet, scriptum manu 'FRIDERICI LINDENBROGII', si fidem habemus eis quae in integumento leguntur. Quae ex hoc libro excerpsi, glossas ex codice Leidensi non esse descriptas demonstrant. Cf. quae LINDENBROGIVS in appendice Verg. p. 334 dixit: '*in glossis Isidori quas mihi dedit summus vir et meis elogiis maior, Iosephus Scaliger*. Ceterum accuratissime congruit hoc exemplar cum codice Havniensi, de quo ex meis excerptis nonnulla exposuit LOEWIVS Prodr. praef. p. X: item cum cod. Hamburg. II (Catal. p. 118) in fol. 1—38. — 3) Codex Vaticanus Reginae Christinae 227 (olim 1891) saeculi XVI (non XV, ut dicit AREVALVS in Isidorianis p. 306), in quo eaedem glossae leguntur et ita quidem comparatae, ut vix possint ex libro Leidensi fluxisse. Hi duo codices, ad quos VVLCANII codex prope accedere videtur, propriam classem efficiunt (cf. meam comment. p. 225). — Praeterea commemorandus est codex Cantabrigiensis (Vniv. Libr. Ll I 2) saeculi XVII cum hac inscriptione: *Isidori Hispalensis glossarium incipit feliciter.* In folio primo haec leguntur: *Isidori glossae multo ampliores quin et meliores quam quae sunt editae apud S. Gervasium an. 1602 per Eustat. le Vignon*: unde apparet hoc exemplar post GOTHOFREDI editionem confectum

esse. — Porro earundem glossarum exemplar habuisse ABRAHAMVM ORTELIVM ex his verbis codicis Hamburgensis (et Havniensis) discimus: '*In ms. Isidoro Abrahami Ortelii haec erant addita*' e. q. s. Denique codex OEHLERI commemorandus est, de quo LOEWIVS Prodr. p. 42 satis videtur dixisse. — Ex eis igitur quae proposui apparet duo minimum habuisse SCALIGERVM glossarum exemplaria: ex altero nunc ut videtur deperdito hauserunt VVLCANIVS, LINDENBROGIVS, scriba codicis Vaticani; alterum exemplar codex Leidensis est, quo usum esse PITHOEVM re iterum perpensa (cf. p. XXXII) suspicatur LOEWIVS Prodr. p. 41.

Haec habui quae de glossis a SCALIGERO collectis praefarer. Quas glossas cur ex VVLCANII editione repetierim, cum ex eis quos commemoravi libris saepissime integriorem formam recuperare potuerim, hanc fuisse rationem sciendum est: 1) plerique recentiorum qui his glossis usi sunt a VVLCANIO pendent; 2) etiam si ubique eam formam quam SCALIGER recepit, nacti essemus, emendatio non ab hac forma proficisci posset, sed a vetustis fontibus ex quibus hausit SCALIGER, qui tantum non omnes etiam nunc exstant; 3) operam igitur meam perdidissem, si magnam apparatus molem adscivissem.

§ 19. 'Excerpta ex glossis Aynardi' fluxerunt ex codice Metensi 500 saeculi undecimi, eodem quo usus est SEECKIVS in Symmachi ed. praef. p. XIX. Codex continet praeter alia in foliis $9^r—24^u$ et $136^r—160^u$ glossarium satis magnum hac inscriptione: *Incipit glosarium ordine clementorum agregatum ab AYNARDO anno ab incarnatione domini DCCCCLXVIIII indič XII imperio magni ottonis sepulchro diiudicatum apri leuchorum quinti pontificis ad suplementum inibi degentium pusionum. Obsecro ne ab aliquo posterorum destruatur ne incurrat uindictam dei nostramque imprecationem. Vtenti quo sit uenia et tollenti anathema. Tenareis erebi cum zabuli sotiis. Apofereta* e. q. s. Apographon confecit LOEWIVS: ex quo quae edidi excerpta denuo in hac urbe cum ipso codice contuli.

De glossario Abavus maiore conferenda sunt quae vol. IV praef. p. XXXIII sqq. exposui: quibus addenda quae in commentatione de libro glossarum scripta p. 37 [247] sq. dixi. Ex hoc glossario excerpsi glossas meliores quasdam, quae in minoribus illis glossariis volumine quarto editis non exstant, excerptas edidi ex codice Vossiano 82 saeculi IX (cf. vol. IV praef. p. XXIV), cuius lacunam ex codice Monacensi 14252 saeculi IX supplevi (cf. ibid. p. XXIV). In numero glossariorum minorum, quae illi collectioni materiem praebuerunt, etiam glossas Keronis quae dicuntur

fuisse (editas ab EDVARDO SIEVERS et ELIA STEINMEYER 'Die althochd. Glossen vol. I p. 1 sqq.) facile demonstrari potest.

De codice Leidensi 67 E cf. quae vol. IV praef. p. X disputata sunt. Qui liber quamquam artissime cohaeret cum codice Vaticano 3321, tamen etiam sua quaedam et peculiaria habet. Itaque omnino glossas meliores excerpsi et congruentes cum aliis glossariis et in hoc libro solo exstantes. Apographo usus sum LOEWII.

Glossas Nonii ex codice Leidensi 67 F edidi, de quo libro accuratius egi praef. vol. IV p. XIX. De ipsis glossis disputavit LVCIANVS MVELLER Adversar. Non. p. 270 sqq. Praeter codicem Leidensem commemorandus est cod. Monacensis lat. 4719^{m} (Bened. 219^{m}) saeculi VIII/IX, qui in glossario ex variis libris collecto glossarum earundem partem exhibet. Cf. quae de hoc codice praef. vol. IV p. XIII monui. Ibidem etiam de fragmento Tegernseensi similis indolis paucis egi. Vnam seriem ex apographo LOEWII transcribo (ex cod. Tegernseensi): *Decalare deponere, Degolasse gole dedisse, Delectare inlicere, Delica explana, Deuorare absumere, Debiliter debilitate, Demagis ualde magis, Diu pro die, Delegare dispertire, Discobinatus desectis, Desublare pertundere, Decidua occidua, Delicia numero singulari, Deturbare deicere, Deintegrare deminuere, Depexum dilaceratum.* Ex qua serie apparet non omnes glossas Nonianas esse receptas. Certe cur apparatui codicum Monacensium discrepantiam adderem non inveni.

Glossas Iuvenalis ex editione HENRICI KEILII (in Ind. lect. Hal. a. 1876) transcripsi. Fluxerunt ex codice Parisino 7730 teste KEILIO saeculo decimo scripto. Ceterum etiam alibi exstant glossae Iuvenalis, velut in codice Harleiano 3826 saeculi X in foliis 150^{r}—167^{u} et in codice Vaticano Reginae Christinae 1392 saeculi XIII in foliis 138 et 139. Sed quae ex illis libris transcripta vidi, non talia fuerunt, ut typis exprimenda esse mihi persuaderem. De his glossariis alio loco paucis tractabo.

Codex Leidensis Vossianus lat. in oct. 88 (cf. LOEWIVS Prodr. p. 162, CONRAT 'die Epit. de exactis regibus' p. CCCXXV, LVCIANVS MVELLERVS Mus. Rhen. vol. XXII p. 96, Nov. annal. a. 1866 p. 397), olim PETRI DANIELIS, post PETAVII (qui in primo folio scripsit: *in hoc libello sunt glosse quorundam Ciceronis librorum*), praeter alia continet glossarium manu saeculi decimi scriptum, de quo egi Nov. annal. vol. 143 a. 1891 p. 429 sqq. Easdem glossas, quas ibi tractavi, hoc loco iterum edidi auctas et glossis in codice praemissis et aliquot glossis submissis: reliquas abieci. Apographon in hac urbe confeci. Glossas p. 659, 24 et 25, quibus olim interrogandi signum adscripseram,

ad Cic. div. in Caec. § 55 et § 56 pertinere, antecedentes ad § 55—58 monuit me FRIDERICVS SCHOELL.

Agmen claudunt exempla 'latinitatis' ad litterarum ordinem digesta codicis Charisiani (cf. KEILII praef. p. X), quae edidi et tractavi in Ind. Ien. a. 1888. Quae exempla quomodo cohaererent cum tractatu quem KEILIVS post Dositheum p. 426—428 exhibuit, ibidem exposui. Praesto fuit apographon LOEWII.

Quinto tomo absoluto medullam glossariorum latinorum et latinograecorum me proposuisse existimo. Quamquam non desunt, de quibus mihi nondum satis constet: haec, si tanti erit, una cum supplementis nonnullis quae interim prodierunt prodibuntque primo volumine post ea quae de glossis et glossariis in universum exponentur exhibebuntur. Tomis sexto et septimo glossarium generale — in quo concinnando occupatus sum — continebitur.

Bibliothecarum praefectis Parisinae, Leidensis, Amplonianae, quorum liberalitati hic tomus multa debet, etiam hoc loco lubens meritoque grates ago: item GOTTHOLDO GVNDERMANN, GVILELMO MEYER, IOANNI TSCHIEDEL, quorum opera egregie sum adiutus.

Ienae, mense Dec. a. MDCCCLXXXXIII.

G. G.

Addendum.

Ad praef. p. XIV. Glossas Placidi ex libro glossarum a me excerptas qui comparabit cum eis quae DEVERLINGIVS in Diurn. gymn. bav. t. XIV p. 293 sqq. et HAGENVS in progr. Bern. p. 9 sq. exposuerunt, fortasse geminas quasdam glossas ab illis allatas desiderabit: quas praeter paucissimas (*Isid. Buteonem iuuenem, Isid. Cessantem tardantem morantem aut desinentem, de gl. Crastinam dilatam a crastino idest postea, de gl. Deiscent dissentire uel a proposito alienari uel seiungi*) certa ductus ratione omisi.

GLOSSAE PLACIDI

I PLACIDVS LIBRORVM ROMANORVM

II PLACIDVS LIBRI GLOSSARVM

III PLACIDVS CODICIS PARISINI

I PLACIDVS LIBRORVM ROMANORVM

Contextum reconcinnaui ex his libris:
a = cod. Vatic. 1552 saec. XV
b = cod. Vatic. 3441 saec. XV
c = cod. Vatic. 5216 saec. XVI

INCIPIVNT GLOSAE PLACIDI GRAMMATICI.

Alumna ab alendo dicta: nam quae alit et quae alitur alumna dici potest. id est nutrix et quae nutritur et nutrit. sed melius tamen quae nutritur.

Abuti et bene uti est et male uti.

Abnuere est recusare abnegare cui contrarium est adnuere id est dare uel concedere.

5 Adsciuit sibi adiunxit sibi alienum quod non habuit.

Altrinsecus non ex alto sed ex altera parte.

Abactus est de medio sublatus est et raptus unde latrones abactores dicuntur.

Adhesio bene dicitur ab eo quod est hesere.

Aedituus qui aedis est custos et scribimus cum diptongo editissima uero loca monotonga.

10 Alterutra pars utraque pars.

Aethra generis feminini et est locus in quo sidera sunt. unde aethera sydera dicimus. caeterum aethera generis masculini supra caelos est igneae inuisibilisque naturae quem quidam deum magnum uel eius regnum dicunt.

Aeuitas quidem potest dici: sed rarum est in usu magis perpetuitas uel aeternitas dicitur.

Aeuum autem generis neutri est.

Auus pater patris est proauus aui pater tritauus ataui pater.

15 Alterutrum aut illud aut utrumque significationes magis duas partes habet.

Alii scribimus singulariter datiuo casu ut de catilina salustius dicit multos iuuenum pellicebat diuersis illecebris. alii scorta praebere alii equos mercari alii canes ad uenandum.

---

1. GRAMATICI *a* | PRIMO PER A LITTERAM *add. a* ‖ 8. haerere *corr.* c^2 ‖ 9. diphthongo *b et ex corr.* ac^2 | edidissima ac^1 | monothonga *corr.* c^2. monophtonga *corr. b* ‖ 11. et *om. b* | sidera dicimus *ex corr.* c^2 | aethera *corr. in* aether c^2 ‖ 12. quidem *ex* quid c^2 | dicit *ex* dici *b* ‖ 13. Aenum *b* ‖ 14. aui pater. Atauus proaui pater *corr.* c^2 ‖ 15. utrunque *bc* ‖ 16. sallustius bc^2 | pollicebat *a* ‖

Aruina pinguedo.

Altilitate ab alendo id est ipsa res quae alitur.

Acti coacti compulsi.

Autumant efferunt confirmant uel adseuerant.

5 Auspicium est initium alicuius rei qui primo sumit exordium id est inchoatur ut fiat: est et auspicium quod aues animalibus paganis auguribus demonstrat unde futura noscuntur. sunt igitur bona auspicia quae cogunt res inchoare. sunt mala quae prohibent.

Actio dicuntur loca secreta circa mare id est in litore amena et uoluptaria.

Ausim uerbum est promissiui modi: ut si dicas ausim dicere ausim a cecitate cuius est uerbi prima persona audeo et dicit ausim ausis ausit uel audet.

Aesculus arboris nomen et glandiariae ab esca dicta quod ante usum frumenti haec arbor uictum mortalibus praebeat.

Arctos est stella ursae in septentrione posita nomen est graecum quia ursa graece arctos dicitur ergo procellis septentrionalis.

10 Amphitrites est dea maris matrona neptuni.

Alapari est alapas minari id est foedam et superbam caedem ut pro iactantia.

Adoleuit uerbum est quod ire significat abeo enim est cresco unde adulti dicuntur iuuenes flore aetatis et incremento ipso positi Valde aduerbium est comprobantis uel probantis.

Adorea panis de adore id est laus in bellica.

Adsentiae adsentationes idest consensio: ut siquis tibi de aliqua re dicat et tu illi adsentias ipsae res adsentiae nuncupantur.

Achates lapis est ueluti galbani coloris in achate fluuio siciliae plurimo nascens ad gratiam pertinens et ueri consecratus. 15

Analogia est initium uel rectitudo alicuius uerbi.

Accipenser genus piscis est raro inuentum id est nobile.

Asillum graece templum ad quod siquis confugiebat nephas erat trahi idest an trahendo spolium.

Apporia graecum nomen est. est autem affluxio uel diriuatio uel feces uel reliquiae ac sordes elementorum quia in aera purgantur unde gignuntur in terra diuersa animalia arbores lapides et herbae.

Apage abscede et uade. 20

Atqui immo et si sed.

4. Autumat *a* ‖ 5. inicium *a* | quae *b* | inchoat *b* ‖ 6. Acta *corr.* b^2c^2 | litora *c* ‖ 7. Ausum *a* | ausum *ter a* ‖ 8. ęsca *corr.* a^2 | prębebat *corr.* bc^2 ‖ 9. graece arctas *ac* | f. prostella .s. b^2 *in marg.* ‖ 10. Amphitres *a* ‖ 11. Alapri *a* ‖ 12. adoleo enim *corr.* c^2 | in flore *corr.* b^2 | comprobantes *a* ‖ 13. panis] f. laus s. *in marg. b* | item *pro* idest *corr.* c^2 | in *exp. b* ‖ 14. de *om. a* ‖ 15. galbam *ab* ‖ 16. uicium *a* ‖ 17. Anipinsier *a* (*sed* Accipenser *in marg.*). Acipenser *corr.* c^2. Anipinser *b: corr. b in marg.* ‖ 18. Asillum c^1 *et ante corr. a.* Asyllum *b.* Asilum c^2 | a trahendo *corr.* b^2c^2 ‖ 19. Aporria *b in marg.* | est *alterum om. a* | deriuatio *c* ‖

Aiens dicens. ut aio ais ait participium facit.

Ancile scutum quod olim apud romanos caelo lapsum dicitur sub numa rege romanorum breue quidem et undique rotundum unde omnia minora scuta ancilia dicuntur.

Aspellens expellens.

Amiciter amicabiliter.

5 Adsulentes adsilientes.

Accipitres equos caeleres.

Abdomen pinguedo carnium.

Aeu est interiectio.

Amoue remoue.

10 Artemo temo.

Aristophanes nomen poetae.

Antistant meliores sunt.

Adstipulator promissor.

Alliciendos inliciendos uel persuadendos.

15 Amandata extra mandata. amandari enim extra mandari est quod proprie ad hominem refertur ut si quis releget aut in longinqua transmittit.

Abtissime quo non sit artissime colligauit. commissurae enim coniunctiones dicuntur siue ligamina.

Auerruncassis auellerint uel auerterint.

Allegans deputans eligens uel delegans.

Anquirens pro adquirens uel inquirens magis.

20 Adsciscenda adiungenda.

Abrupta sanctio aperta lex dicitur.

Aere uitam ducit ac manu id est pecunia manu collecta.

Autrix ab augendo dicta est.

Auctor ab auctoritate generis est comunis ut hic et haec auctor.

Aerarium templum ubi pecunia 25 publica ponitur.

Altrinsecus hinc et inde uel desuper sicut extrinsecus dicimus ab eo quod extrinsecus et intrinsecus ab eo quod est intus.

Alternis utrisque hinc et inde uel ex utrisque uicibus.

Absolutum bonum idest perfectum.

Artaba genus mensurae syra lingua.

Antelata ante portata uel prolata 30 aut dicta.

Arrogant addant.

Abrogant detrahant uel dedicunt.

Ales aquila. sed et omnes aues possunt dici ales.

Abuti duas res significat modo contemnere et non uti modo ualde et satis aliquam rem uti.

Adiuua me adiuua mihi utrumque 35 potest dici melius tamen me. adiuuo enim illum dicimus quam illi ni forte dicas adiuua mihi onus quasi releua mihi onus.

Ante me fugit dicimus non ab ante me nam praepositio praepositioni adiungitur imprudenter: quia ante et ab sunt duae praepositiones sic et ante uadit quasi ante cenam ut non possum dicere in antecedit inante uadit

1. f$\overset{e}{a}$cit *b*. fecit *a* ‖ 2. numma *a* ‖ 8. Eu *bc* ‖ 11. Aristophones *a* ‖ 14. illiciendos *c* ‖ 16. coniectiones *a* 17. Auerrumcassis *b* | auerterim *b* 24. auctate *a* 26. quod est extra *corr.* c^2 ‖ 27. Alterius *a* ‖ 29. Artaa *ac* ‖ 36. An me c^1. A me c^2 | an et ab *ac* | cenam ut] f. cedit et s. *in marg.* b^2 | id est inante uadit *b* | fugit. Ah *corr.* b^2 ‖

et ab ante me fugit Aduerbium hortantis est.

Accipit aut et fit una pars agendum est ergo dum natiua particula uel pro cito hac modo.

Amplexus autem et amplexatus recte dicimus nam ab eo quod est uerbum amplexor amplexatus sum facit ut singula participia uerba sua separata habeant.

Anethum cum .h. scribi oportet.

Allaterati palmulis qui circa latera palmas gerunt.

Actutum statim continuo.

Admanticulandum ad dolum et strofas excogitandum.

Adinatam ad extremam fortunam.

Adbiteret adueniret.

Adoria gloria uel bona fama.

Adorea farra ut apud uirgilium.

Angrae interualla arborum.

Antiquare quae ante in augures sunt. alii antiquare ad statum reuocare.

Armillum uas uinarium unde antis ad armillum.

Antigerio uel quemadmodum uel in primis.

Aequabiles aequales.

Alitos nutritos.

Alimones ab alimento.

Adulterina adultera.

Abstemius sobrius.

Abludam paleam.

Adiumentum adiutorium.

Addimenta adiectamenta.

Andram andronam.

Auido cupio unde auiditas auaricia.

Adfurcillaui subrui labefactaui concussi.

Adagione prouerbio.

Autummant dicunt loquuntur.

Abstiteres abires. bitere enim ambulare significat.

Apud ad.

Apluda furfurinam alii pannicique ductam a potu apege dictum.

Apenita ab intima idest penitus.

Adexitiarium conspirationum factionum.

Arusedentes circumsedentes.

Antis capillis mulieribus ante id est a fronte pendentibus.

Actutum breui festinanter prope.

Aeque uident non uident.

Assarium nummum assis latini quasi figuram denarii dicunt.

Aut ne quod anne dicimus.

Annitas adiutas interdum senectus est.

Actum inter uicinale quatuor pedes latum qui iumenta agi possunt.

---

1. pericula *a* | ac modo *c et in marg. b* | f. s. Age accipit dum, et fit una uox agedum *in marg.* b^2 || 2. autem *ante* dicimus *scriptum del. ipsa m. 1 a* | sua *om. b* || 4. Alaterati *a* || 6. scrophas *a.* sthrofas b^2c | f. s. Trufas barbara uox et uulgo nota ut infra in anetram *in marg.* b^2 || 7. Ad incitam *in marg.* b^2c^1 || 8. Abditeret *c* || 11. Angere *a.* antes bc^2 *in marg.* f. Ancre *corr.* b^2 || 13. f. anus *in marg. b* || 25. Adfurcillani *a* | sŏbrui *b.* sorbui *a* || 27. Autumat *c.* Autumniat *a* | loquuntus *a* || 28. bitere f. betere Non^s *b, ut vid.* || 30. panniciam *corr.* c^2 | a potu *sup. scr. b* || 32. conspiratorum *bc* | factio *c.* factiorum b^1*: corr.* b^2 || 33. Amsedentes *corr.* c^2 || 34. ante *om. c* || 37. numum *bc* | figura *corr.* c^2 | dicunt denarii *a* || 39. Adiutas *(exp. m. 2) c* || 40. iter *in marg.* b^2 ||

Aginam scapum tritimanae quod eo mensura ponderis agatur.

Arceram uehiculum in arcae nundum confixum non utique plaustrum .i. carrum.

Ancras conualles aut aruorum interualla.

Aginatorem negotiatorem actus

Abiugare adiungere adducere.

Adexodum ad finem uel terminum.

Assiduos capite censos qui nihil dare poterant prolem unde et prolectarii dicti sunt et adsidui milites et ab assiduitate officii.

Acceptorem salutis qui salutatus est.

Auscultare parere obsequi obedire.

Arnanti prementi murmuranti.

Ambulacris locis quibus ambulatur quoquo modo.

Adiunctas ad summam rerum perturbationem desperationemque.

Antegenitos docmazare qui negauit quemquam sapientiorem fuisse eo qui nomina rebus imposuit.

Acriptas qui pedibus editiore capite pariuntur.

Aegre uix pene non.

Ars euerse prouerbium.

Aberruncando abhominando philaxe dicunt.

Altiboans altisonans.

Auiditer auide.

Aduictare adridere inuitare.

Agredulae rane parue multum in sicco morantes.

Anate sollicitudine cura.

Aeque quicquam nihil.

Arcitus arcibus edoctus.

Asisua petauro pernice.

Animalibus ostiis quarum animae diis sacrificantur.

Arcent tenent custodiunt unde cohercere.

Attrectant astruunt.

Apua piscis minutus.

Aceris pallea milliacea.

Altrinsecus ex altera parte.

Aeruscans aes minutum

Accurate construens.

Arueniet adueniet.

Austrare ulmefacere dictum ab austro qui est pluuialis.

Adorans alloquens.

Adorientes adgredientes.

Arilla coactione panniculario.

Acerata offula furfuraceo pane.

Acupedum uelocitate pedum.

Agmine.

Ausculatus osculatus.

Amui serui.

Anus estuosa quod in modum estuarei maris hauserit id est biberit.

Altriplicem dolosum duplicem.

---

1. Agina *ex* Aginam *ras.* *c* | trutinae *corr.* b^2c^2 ‖ 2. Arcera *ac* | modum *corr.* b^2c^2 | confixum *om.* *a* | carum b^1*: corr.* b^2 | idest carrum *legi non potuit in c* ‖ 3. Antes *a*. Anctes *c* | conqualles *ante corr.* *b* ‖ 4. *om.* *a* ‖ 5. a iungere *c* ‖ 7. nisi prolem *corr.* c^2b^2 | proletarii *c* | assidui *b* ‖ 12. Ad incitas b^2 *in marg.* ‖ 13. quenquam *b* ‖ 14. Aeriptas *b*. Agrippas *corr.* c^2 | ediciore *a* ‖ 17. Auerruncando b^1 ‖ 19. Auiter *a* ‖ 20. Adiuctare *corr.* b^2 ‖ 22. solicitudine *bc* | f. sanate s. *in marg.* b^2 ‖ 25. pe auro *c*. pet et auro *a* ‖ 26. anima *ac* ‖ 30. miliacea *a* ‖ 32. 33 *contrahit* *c* ‖ 34. Arueniaet aduenicet *ante corr.* *b*. Arueniae adueniae *c* ‖ 35. f. humefacere b^2 *in marg.* | ab *ex* ob *corr.* *a* ‖ 38. panniclario *ante corr.* *b* ‖ 42. Auscultatus *b* ‖ 44. estu arci *a*. aestuarii *c*. f. aestuantis s. *in marg.* b^2 ‖ 45. Altiplicem *b* ‖

Ambronem probite improbitatis agente gallerum qui cum cybriste utonisque crassantes periere.

Amussis regulae uel tabulae qui utuntur artifices ad saxa unde aduerbium diximus examussim.

Agoniae uictimae uel hostiae hostia autem minor uictima maior quia icta cadit uel quia uincta ad aras perducitur hostiae autem aeque ab hostimento idest aequamento uel quod deorum mentes extimentur iniquae hostiae dictae ab eo quod per illas sacerdotes futura nuncient unde etiam antiqui peregrinas et pari iure uiuentes adeo usque fieri quod est propicios praeter antiquos agebant.

INCIPIT PER B LITTERAM.

Boni aequique facere bono animo ferre.

Blattit praecipue loquitur.

Batioca patera argenti ad sacrificandum.

Bibinare sanguinem inquinari uiuinarium autem est sanguis qui mulieribus menstruis uenit.

Boba uehemens rubor interdum genus serpentis.

Baburra stultitia ineptia.

Bobinator tricosus et inconstans.

Baxae calcei mulieris alti.

Buteonem iuuenem.

Bolonare demptor caetariarium tabernarum in quibus salsamenta conduntur quas tabernas uulgo cetarias uocant.

Batos herbae genus.

Bascas calciamenta.

Bulga saccus coreus.

Bibino menstruo id est fluuio sanguinis.

Bubum senium anguorem.

Burreuatroniae fatuae a stupidea fabula quadam uatroni auctoris quam burra inscripsit uel a meretrice burra.

Bardum hebetem stolidum bretendum.

Bellica columna ante aedem bellonae quae pirri temporibus constituta dicitur ut exeuntes ad bellum superiacerent eam hasta ueluti conspecto hoste issent.

Bombinari combicare clamare.

Boni consultum bene acceptum.

Bissus generis est feminini.

Babilonia principale ciuitatis nomen et ut troya.

Babilonia uero deriuatiuum ut si dicas gens aut aliquas species ut troya troyana. nam et babilone et babilonam dicimus.

Beniuolentia et maliuolentia per .i. non per .e. dicitur quomodo

---

1. gallorum b^2c^2. galerum c^1 | cimbris teutonisque *corr.* b^2c^2 ‖ 3. qui icta *a* | nutient *c* | antiquas *a* ‖ 5. equi *a* ‖ 8. Bubinare c^2 | sanguine c^2 | bubinarium *corr.* c^2 ‖ 9. f. boa s. *in marg.* b^2 ‖ 10. stulticia *a* ‖ 14. Bolona redemptor *ex* Bolonare demptor *c*. bolona (?) s. uide glossaria graecol. ut sit Bolona redemptorum cetariarum b^2 | caeterarium *a c* | cetarios *a* ‖ 18. Bubino *corr.* c^2 ‖ 20. Burreuatonie *a* ‖ 22. colunna *a* ‖ 23. f. Bouinari conuiciari uide glossar. b^2 | bombicare *corr.* c^2 ‖ 24. Boui *a* ‖ 25. bisus *a* ‖ 27. f. Babilona b^2 | diriuatiuum *b* | et babilonia *c*

benignus et malignus non benegnus et malegnus saepe enim ex duabus partibus compositum nomen aut priorem aut sequentem litteram corrumpit ideo beniuolentiam dicimus non beneuolentiam crassum quidem sonant.

Boa quod ualde persequatur boues unde et boa uocatur.

Balineum in prosa ponimus balneum in metro tamen utrumque facit.

Beli multi fuerunt praecipue rex assiriorum et graecorum alter praecipue babilonae.

Bitumen per .b. scribimus.

5 Blatterare corrupte et perperam rem loqui ut non magis fari secus quam ebrius delerare credatur.

Bipatentia bis patentia bis apta.

Barrire elephantorum est.

Bipennem bis acutum pennum enim dicimus acutum.

Babilonia ciuitas babilonia prouincia.

10 Benedicentum melius quam benedicentium.

Balbutire male loqui et in congrue.

Biremis duum remorum nauis ex unaquaque parte.

Bilo colore.

INCIPIT PER C LITTERAM.

Cucumis generis masculini huius cucumeris faciens ut uomis et uomer. 15

Chaos monoptoton est. facit enim hoc chaos huius chaos huic chaos hoc chaos o chaos et ab hoc chaos. sed uirgilius sua auctoritate praesumit ablatiuo atque chaodensos.

Commata sunt particulae sensum suum graece dictae quae nexe faciunt colam nam praecisus sensus coma dicitur ut apud uirgilium. arma uirumque cano. coma est italiam fato profugus: item coma est: sic quousque perueniet ad plenam sententiam ut est lauinaque uenit littora id est illum cano qui uenit ad lauinia littora.

Compedes puto magis generis feminini esse ut ad catenas referas nam pedicae idest quae pedes capiunt generis feminini sunt unde et compedes quae impediunt pedes: aut manicae reor quod feminino dici debeat genere grata continuit compedem oratius dicit.

Condictum absolute dicendum.

Condictaue aut dies aut locus. 20

Cucullus est generis masculini et declinatur cucullus cuculli cu-

---

2. utrunque *bc* ‖ 3. Babilone *a*[1]*: corr. a*[2] ‖ 5. Blaterare *a et b correctus* | delerare *ex* deleare *corr. b* ‖ 6. Bipatientia *et* patientia *c* ‖ 12. duorum *c* ‖ 14. INCIPIVNT *a* ‖ 15. huius cucumis *c* ‖ 16. huic chaos hoc chaos *om. a* | uergilius *c* | presumit *ex* presumus *corr. a* ‖ 17. Commota *a* | sensu suum *c. idem ex* suum sensu *b.* f. sine *b in marg.* | cola *pro* colam *corr. b* | uergilium *c* | id illum *a* | i. illum ... cano *in marg. b*[1] | lauinionia *a* | litora *ac* ‖ 18. cathenas *a* | femini sunt *a* | debent *c* | compede *corr. b*[2]*c*[2] | dicit *om. c* ‖ 20. Condictuue *a* ‖

cullo cucullum cuculle a cucullo et pluraliter sic declinatur.

Contendunt contentionem habent uel prodocent uel asserunt.

Corrigiae a coriis uocantur uel a collectione quasi colligae.

Culleus genere masculino geminato .l. dicitur est autem ex corio factus in quo paricidae cum simia et gallo et serpente inclusi in mare proiciuntur alias precipitabantur.

Catinum uas fictile melius neutro dicimus quam masculino nam et salinum dicitur nihil ominus neutro quasi aptum salibus et melius sic dicimus quam catinum.

Conspirare bene dicimus uel ad bonum uel ad malum.

Cribrum non ciribrum neutro genere magis dicimus quam masculino.

Cepta incepta composite mutat.

Cancri estus melius dicitur quam cryos.

Cancrarium enim putet quam si putescat ipse cancer.

Concordo et concordor quoquo modo fabrico et fabricor.

Combusserit geminato .s. scribimus facit enim comburo combussi.

Centurias partes exercitus dicimus in centenos milites diuisas unde et qui his praesunt centuriones dicuntur ergo succenturiati sunt non qui in prima. sed qui in secunda centuria sunt quasi pro prima centuria tamen instructi etiam ipsi in speculis positi in bello sunt ut si primi defecerint isti quos sub se diximus laborantibus primis subueniant unde et ad insidiandum ponitur succenturiatus quasi armis dolosis instructus.

Celebs per .b. scribimus hic celebs celibis. celibi. hicelibes accusatiuo celibes celibes tres .s. in numero plurali et si ethimologiam quaeras celebs dicitur quasi caelo beatus.

Censorium per .i. scribimus non per .e. est autem censorius qui dignus est ut sit censor uel qui iam fuit. apud ueteres enim romanos magnum erat nomen censoris et dignitas id est iudicis tam primorum quam morum censere enim iudicare est.

Collocat melius dicimus per .l. mollior et leuior sonus est interdum enim praepositio praecedens sumit litteram sequentis uerbi.

Censura animi est non corporis ideo melius membrorum decorem aut pulchritudinem dicimus quam censuram tamen quia in usu censorium hominem dicimus pulchrum sic potest et ad pulchritudinem referri.

Carocophilum sic scribimus quod uulgus cariophalum dicunt.

3. uel precipitabantur (precipitantur *c*) *bc in marg.* ‖ 9. Cancrarium *a* | quasi *c* ‖ 13. hic *om. a* | tres scilicet *c* | plurari *a* ‖ 14. per s *b* | per c *b* | ut sic *a* | f. praemiorum patremoniorum b^2 *in marg.* ‖ 15. lenior *b* | ubi *ante corr. b* ‖ 16. menbrorum *a* ‖ 17. Carocophilum *ab* | cariopholum *b* ‖

Caro enim sic scribimus per .o.
Chiatum autem cum h. scribi oportet.
Caelebs generis communis.
Caedrus cum a scribi oportet.
5 Caruasa per u scribi oportet.
Caelibum cum a scribi oportet.
Cassis et retia dicitur et galea capitis sed hoc differt quia retia huius cassis facit galea uero huius cassidis quamuis quidam nominatiuum cassida dixerint.
Capessitur non per se et est uerbum impersonale ut legitur prima autem uerbi persona est capesso: est autem uerbum actiuum facit enim capesso capessor ut lego legor.
Caelibatus appetitio castitatis qui habere dicitur uxorem. caelebs enim qui sine uxore est quasi caelo beatus.
10 Columen uel sanitas uel substentaculum qui a columna fit.
Calcaria sunt acuti qui in calce hominis ligantur idest in pedis posteriore parte ad stimulandum equos quibus aut pugnandum est aut currendum propter pigritiam animalium aut timorem.
Coturni sunt tragica calciamenta quibus calciantur tragedi qui in theatro dicturi sunt alta et intonanti uoce est autem secundum calciamenti genus humile quidem inmodum crepidarum quo lerte sutuntur: sed tale est ut in dextro et in laeuo pede conueniat.
Clima graecum est id est cardo uel pars caeli ut clima orientale.
Casus emphedicleos empedocles philosophus agrigentinus idest siculus qui naturam aethnae montis inuestigare contendit decidit in igneam foueam et incendio consumptus est.
Comitia dicuntur quae fiunt romae 15
ad creandos magistratus Kl. Ianuarii in campo martio atque omnis populus romanus et uniuersae conueniunt dignitates et de italia ergo comitia conuentus necessarii nimis.
Concrepare conuenire unde discrepare dissentire.
Chirrearum quod agunt inspirationum.
Cameram curuam.
Concinne composite.
Cameleon lacerta quae missa in 20
igne non ardet.
Crepidos axis extremitas rimata et cuiuslibet rei alterius.
Coredulus genus quoddam uolatile quasi cor edens.
Compita multae uiae quae ad unum locum competunt uel ducunt.
Coniectare coniecturam facere uel extimare.

---

1. *Superiori gl. add. bc* ‖ 5. 6. *om. a* | per a *c* ‖ 7. dixerunt *a* ‖ 8. non per sc b^2 *in marg.* ‖ 9. appetitio — caelebs *om. a* | f. eius qui non b^2 *in marg.* ‖ 10. substenculum *a* ‖ 11. Calcarici *a* | anima *a* ‖ 12. calcimenta *a* | secundum *om. a, exp. b* | calceamenti *ex* calceamentum *corr. bc* | humile *ex* humilem *corr.* a^1 *vel* a^2 | quod in modum *c* ‖ 13. idest idest *a* ‖ 14. Empedicleos *corr.* c^2 | f. dum inuestigare b^2 *in marg.* ‖ 15. magistratos *a* | marcio *a* | romanus et uniuersae *om. a* ‖ 17. Chirrear.. qui *c* ‖ 21. cuilibet rei alteri *a.* cuilibet rei alterius *b* ‖

Chelidri diri generis cuiusdam serpentis.

Candis uestis regia.

Colum colatorium uel unde mulieres nent.

Celator argentarius qui in argento puro extrinsecus facta signa deprimit a caelo descendens quod genus ferramenti.

5 Coliphium genus carnium quod athletae uescuntur ad corporis sanitatem ut fortes sint.

Crisatium genus quoddam uini.

Crepulum imbrem cum sono graui ruentem.

Capillamenta summitates arboris.

Cohercere in uincula mittere uel iactare.

10 Conclassare classem iungere.

Cit certamen excitat pugnam uel commouet.

Comptissimus ornatissimus.

Coeo conuenio.

Conluuio congregatio sordium uel affluxione multa.

15 Cuniculi genus quoddam agrestium animalium quod canum indagine concludi consueuit speluncis.

Conluebatur conlui est si dicamus insinum maris conlui lues enim lapsus dicitur circumfluentis elementi.

Clauus interdum acutus interdum gubernaculum.

Capesso frequenter capio.

Cariosi generis soboles ueterescentis generis filii et a putredine redigenti. caries enim proprie putredo lignorum est quae isdem euenit carentibus uirtute.

20 Cidarim linteus est quod repites iudeorum die sabbato super caput habent ualde mundum.

Cauit praecepit uel iussit.

Cautus acutus callidus sapiens prudens.

Cum uisum est pro cum uisum esset.

Correpserunt correpte ingressi sunt ab eo quod dicimus repo.

25 Cieretur uocaretur uel euocaretur.

Celebraretur fama esset celebris fama notus.

Clamis uestis purpurata.

Consiturus inserturus.

Chimba iouis nauis.

30 Classicum canit celeuma nauis dicit.

Caetarii cete dicitur genus maximae belluae ab hoc uero genere abusiue piscatores cetarii dicuntur et qui tractante aquae ex piscibus fiunt liquemanarii qui ex corporibus piscium humorem liquant.

Coraula cantator.

Cinire ceobes cineris colorem habentes.

Calta genus quoddam floris uel herbae.

35 Concinunt consonant consentiunt.

Concinis consentis.

Choros excitare cantus dicere. cho-

1. Chelindri diri *c.* Cheli dicitur idiri *a* | serpentes *c* ‖ 4. qui arg. *ante corr. b* | in *om. a* ‖ 5. adlethe *a* ‖ 7. com sona *c* ‖ 9. Cocere *b.* Coercere *b in marg.* ‖ 15. Cuniculi *pro* Coniculi *corr. a.* Coniculi *c* ‖ 16. circunfluentis *ac* ‖ 18. *post 24 b, hoc loco add. b*[2] ‖ 19. iisdem *a* ‖ 22. aucutus *b* ‖ 25. uel] .i. *b* ‖ 31. tractantae aquae *b* | liqueant *ante corr. b* ‖ 33. Cinere *b* ‖ 36. *a* chorus *nova gl. incohatur* ‖

rus enim proprie multitudo est cantantium.

Compos dicitur cui contrarium est impos id est mentis alienus.

Comesationes conuiuia et scribimus uno .m. et uno .s.

Calidus homo interdum feruens interdum fortis intelligitur.

Complices sunt qui uno peccato uel reatu aut crimine iuncti sunt ad malum ad bonum uero non dicimus complices.

Caesim per caedes quomodo uicti per uices.

Cauamina sunt loca cauata.

Cis rhenum intra rhenum coniecturae factae.

Concitos amnes flumina igne apud inferos idest in baratro.

Culmus calamus spicae qui a radicibus eius nascitur.

Caespites fructices et scribimus diptongum.

Comissa lumina iuncta uel clausa.

Contractus dicitur placitum uel cautio dicitur contractus et homo debilis per omnia.

Clandestinat res occulta.

Congesta dicuntur quae ex multis in unum congeruntur ut fata uestes et frumenta aut paleae in struem congestae.

Commenta plura significat dicimus enim comminisci crimen confingere dicimus et commenta interpretationes commentariorum: ut commenta iuris commenta uirgilii.

Coerciti uindicati id est in quibus crimen punitur. coercere enim uindicare. item cohercere dicimus circumuenire ut ciuitatem fossa uel campum fluuius.

Considere est in uno loco sedere.

Cultus est animi ac loci.

Consulto a consulendo et tractando dictum est quod sic fit ut consulat et nocere non possit.

Circumspectissime nimis acute.

Censorei sunt patrimoniorum et morum iudices.

Cirea stercus unde nos ea quae ex ore abicimus excreare dicimus idest spuere.

Circumgranum malipunici aut umbilicus lupini.

Caculae lixae aut serui militum.

Consonant uocem dimissam sentiunt.

Capedulum uestimentum capitis.

Creperae res incertae dubiaeque unde et crepusculum.

Connum proximum.

Coniecere coescere.

Casinar senex.

Calbae armillae quibus milites ob uirtutem donantur.

Crapula cruditas lenis.

Conciter statim continuo.

Crassabundum dubitantem titubantem.

Cessinire cesso ire.

---

5. uīcti *c* ‖ 7. inter *b* ‖ 8. Conatos *bc* ‖ 10. diphthongum *b* ‖ 13. Clandestina *b* | 14. faba *c* | uesta b^1: *corr.* b^2 ‖ 15. comentariorum *a* ‖ 16. circunuenire *b* ‖ 19. tractandum dictum est *b*. tractandum est *a* | sit *b* ‖ 20. Circunspectissime *bc* ‖ 21. Censorii *a ex corr. et c* ‖ 22. Circa *b*. Crea *c* ‖ 23. Circungranum *b* ‖ 28. Comium *c* ‖ 30. Casinar *c*. Casmar *a* ‖ 32. 33. *invertit a* ‖ 33. Concit** *c* ‖

Cordiagni qui post tempus nati sunt.

Corruda genus herbae.

Cossos uermiculos qui in materia nascuntur.

Conditio in quo* corpora mortuorum conduntur.

Concubia cum omnes excubant.

Cicures placidi quieti.

Crumena sacculus.

Caluitium meror.

Canterius equus castratus.

Calpar uinum quod primum labatur edulio.

Classarios classicos.

Contiguum quod contingi potest.

Conlocare deputare.

Cilones quorum capita oblonga.

Caluitur frustratur decipitur.

Caesditum creditum.

Contumias contumelias.

Caudeam iunceam quod uinceam caudae et mergat dicitur et scirpum dicitur et tibin.

Coniector coniectare peritus id est praediuinandi.

Captabat capiebat.

Corineos aceruos quos rustici ex congerie lapidum faciunt.

Ciet mouet uel inuocat.

Corneta locus quem hunc ex parte magna templum uaeios occupauit.

Caesariati comati a caesarie dicti.

Conieci coniecturam feci collegi uel suspicatus sum.

Carensis pistoribus a caria qua afrorum lingua panem esse dicimus.

Carenatoribus lanariis quia cariunt id est carpunt diuidunt.

Clunaculum pugionem dictum ab eo quod clunes religatus id est spata.

Cliua aspera difficilia.

Commoram coram cominus.

Confeditos federe copulatos quoniam enumere coniuges non erit usitatum.

Congratum consatum.

Capronas iubas equorum.

Cadula frustra et adipe cada enim a ruina dicitur.

Cocetum a graeco kakyonacocina.

Coculis aeris uasi a coquendo uel assulis aridis glebis terra cum suo gramine. interdum alio loco ramis

Colurnis ex cornu factis. nam et colurni qui ex corrulo fiunt.

Choum naturam uniuersam chao id est inani uel chao.

Comegit coegit.

Comprimis imprimis.

Cauilla cauillatio.

Capta tempestate tempore capto id est sole consulto tempestas autem status caeli dicitur.

Citarier celeriter moueri.

Colore corpore uel cute.

Coepere incepere.

Censio multa qua citatos si non ponderum censor afficiebat.

10. edolio *corr.* c^2 ‖ 11. Classiarios *corr.* c^2 ‖ 12. contigi *ab* ‖ 14. silones noñ Marc. *marg. b* ‖ 15. Caliutur *ante corr. b* ‖ 18. uinceam *bc* ‖ 19. peritus *om. a* ‖ 21. Cormeos *a* ‖ 23. locus est *c* | nunc *corr.* b^2c^2 | naieos *c.* uarios *b* | occupat *b* ‖ 25. Coniecit *et* fecit *c ante ras.* ‖ 26. *post* qua *apex eras. a* ‖ 28. ad clunes *corr.* c^2 ‖ 31. quoniam enumere] coemere *in marg.* c^2 | erat inusitatum *corr.* c^2 ‖ 34. aruina *c* ‖ 36. grauamine *c* ‖ 40. Comprinus inprimis *a* ‖ 46. mulcta *b et ante corr. c* | ponederum *c* | afficiebat censor *ante corr. b.* afficiebam censor *a* ‖

Cum me sic dicebatur et cum te quod nunc elegantius dicimus tecum.
Cicindelas acraneorum genus quod uolans lucet.
Comptula apte ornata uel decora.
Cancros calcellos.
5 Commodo tantum quod cum maxime.
Carisa uetus lana percalida unde et immo fallaces ancillae catacarisia appellabantur.
Concinatus factus.
Concenturiat instruit ordinat dictum a centurionibus qui milites ordinant.
Computet ueneat diligenter.
10 Conspicillo ita ut conspici possint quid agunt longis lineis.
Conibus creuronitatibus.
Centurum centaurum.
Consectariam pernicialem.
Cantilenas fraudes dolosque.
15 Consultans cogitans.
Culere quare unde etiam cur.
Cracentes craciles tabidos.
Controuersam ruinam sine pugna cum aut occurrunt hostes ob metum aut absentibus infertur.
Coniectauerat correxerat contorserat.
20 Crastinam dilatam a crastino id est postea.
Caelitus a caelo quomodo diuinitus deo.
Clataculum clodorum.
Callibus calcalorum primigeni appellatione.
Conticinio tempore noctis post galli cantum quod cecinit et conticuit.
Cassae erumnae. 25
Ciarum doctarum.
Curriculo cursu ueloci.
Crassabundo titubanti.
Calorem facies rubori erit uel exit.
Caperassere inrugassere contrahi. 30
Conspicio uideo.
Clade clam uel occulte.
Continari concredi uel coire unde continentia et continua et coniuncta.
Casnari seni oscorum lingua.
Corporato uulnerato. 35
Catialem collem ubi nunc lacus funditur est dictus a catio loco.
Catillo gullosus a catelli appetentia.
Conset parabitur condetur.
Crepero dubio incerto unde crepusculum.
Carinator maledictus conuictor. 40
Capuli lecti funerei uel rogi in modum arae structi: est autem capulus masculini generis.
Conducibilem utiles inferon.
Consulta consilia placita.
Cluram uel glurum sim alias circofitecum.
Cassiculo reticulo cassibus. 45

---

2. sacraneorum *in* araneorum *corr.* *bc*² ‖ 4. cancellos *corr.* *c*² ‖ 6. pro calida *corr.* *c* | f. in mimo *b*² | falaces *a et ante corr.* *c* ‖ 9. ueneat *a* ‖ 11. Combus *c* ‖ 18. siue pugnam *b* ‖ 21. caelo *ex* caelus *a* | appellatione *add. a: cf. 23* ‖ 23. primigeni appellatione *om. ac: cf. 21* ‖ 24. post galli] gallum *a* ‖ 26. doctorum *a* ‖ 29. uel exit *adscr.* *bc*² ‖ 30. Caperasre *ante corr. a.* Caperasse *ante corr. c.* Caperare *b* | irugasse *ante corr. c.* in rugagassere *a.* inrugare *b* | con . . . . *c* ‖ 33. Continnari *ante corr. a* ‖ 36. f. fundani *b*² *in marg.* ‖ 37. gulosus *corr.* *c*² ‖ 42. συμφερον *b*² *in marg.* ‖ 44. cireofitecum *a.* circo . . . . . *c* ‖ 45. *om.* *a* ‖

Conlatius magnus e conlatio factus.

Caltulum cinguli genus a coacto lare calte.

Catam puerum ductam puellam si hoc genere dicti usi sunt antiqui.

Coniuere oculos claudere interdum dissimulare.

Circum circa huc illuc.

Cabonum equum castratum quem gaballum nos dicimus.

INCIPIT PER D LITTERAM.

Damium sacrificium quod in operto fit quod bonae deae mulieres faciunt.

Deportat despoliat detrahit sed proprie ad purum redigit et ex puro clarum accipiemus manifestum ex claro.

Diaquilidii inferi aquilosi antiqui nigros dicebant.

Deligauere deferre quod et dedicare dicebant pro commertio litterarum.

Desudatum sudore transactum.

Demulganti defringenti uel sub igni.

Disertum disposite digeste.

Diuinum factum sacrificatum.

Domu item domus redditum.

Depegisse defixisse a pagendo dictum uel transegisse a paciscendo.

Dracumis lacrimis.

Decumane maximo a fructu decimo.

Dismirando emirando.

Derepente subito.

Depelliculari decipere dictum a pelliciendo.

Dice dicam.

Defresum detritum unde adhuc fresa faba quae obtrita frangitur.

Dusmum incultum dumosum uel squalidum.

Desudescere desudare idest deponere sudores.

Denixe enixe.

Donicum euitem donec refutem.

Diuidiose moleste.

Demisso deuito dissimulo.

Deiurium iusiurandum certum iurare.

Disliquidos disperspicuis id est quod liqueat esse ut est sol et luna.

Diumfidius iouis filius.

Derupsit dispersit.

Delioca locus depressus prope cloacam maximam ubi appropinquantibus gallis sacra quaedam romani loco occulta defenderunt.

Demum tum deinceps.

Deliquo obliuio.

Damium bonae deae sacrum.

Diuinum cum impediunt auspicia actionem auspicium quod quis secutus prospere rem gessisset.

Deperis perdite amas.

Decalcatis de calce ablatis.

Delisit deliuit inquinauit.

Ducet det dispuditum puduit robur fuit.

---

1. Consatius *ex* Consatis *b*. Compacius *a* ‖ 4. idiosos *del. et* oculos *scr. b* ‖ 7. INCIPIVNT *a* ‖ 10. Diaquilii *b* ‖ 11. Deligauere *b* ‖ 13. uel . . . . . *c* ‖ 15. sacrifacatum *b* ‖ 16. Domuitionem *corr.* b^2 ‖ 18. Dracunus *a* ‖ 19. maximae *b* | fluctu *corr.* b^2 ‖ 26. Desudescere desudare *in ras. a* ‖ 27. *om. b* ‖ 29. Duudiose b^1*: corr.* b^2 ‖ 31. Deuirium *ab* ‖ 32. idest deliqueat *a* ‖ 33. Dium *(ium in ras.)* fidius *b*. Di . . -fidius *c* ‖ 35. f. Doliola b^2 | apropinquantibus *b* ‖ 39. prosper *a* | rem *s. scr. b* ‖

Diuortium dicimus cum mulier a uiro diuortium facit.

Deuertit uero qui a uia uel ratione deflexit tamen cum deuertit dicatur diuersorium magis quam deuersorium usus obtinuit ergo utrumque usu et ratione dicimus.

Decontra uideo dicitur usu non ratione sed melius est econtra quam decontra.

Destrictus sine .n. scribimus non destrinctus est autem destrictus adtentus uel seuerus ac non solutus et lenis.

Destringo uerbum est actiuum participia facit destringens destricturus a passiuo destrictus destringendus.

Diruos diruit cum r. dicimus enim deutrumque et docilis et docibilis.

Dereliquerit futuro sine .n. scribimus.

Deripere per pe non per pi scribitur.

Deiero deos iuro.

Delibutus unctus contactus.

Defunctorium est quod dicitur uel fit ut ad finem alicuius rei aut terminum spectet. defungi enim finire significat unde morientibus dicimus.

Delibutum dicimus hominem unctum oleo ut athletae solent uel in cereumate pueri exercere dicimus et delibutum gaudio id est perfusum uel plenum.

Dumis arboribus uel siluis plerumque spinosis et obscuris ponitur.

Decrepiti non qui a senectute auulsi sunt sed iam qui crepare desierint id est loqui cessauerint.

Dubium quin numquid dubium.

Driocalaptes auis quae in capite suo in modum galli cristam habet quae ore suo arborem fodiens ibidem sibi nidum facit.

Diplosa diuisa uel separata.

Diuidit dedit.

Deciditis caditis uel inciditis.

Dandantur frequenter dantur.

Dispertite separate uel seiungite.

Didit dispersit diuulgauit ut tua terris didita fama.

Deciscere desentire uel apposito alienari uel seiungi.

Diriuita digesta uel separata diriuatio enim dicitur aliquarum digestio uel separatio unde diriuatores dicuntur qui populum per centuria et tribus diuidunt.

Deplicuisse in liquorem et defectum conuersam esse.

Decluptus pelle exutus id est cute spoliatus.

---

1. Diuorcium *a* ‖ 2. Diuertit *c* | facit *ante* deflexit *scriptum exp. m. 1 vel m. 2 a* | dicitur *a* | utrunque *c* ‖ 4. solitus b^1*: corr.* b^2 ‖ 5. destructurus *a* ‖ 6. Diruo *b* | deutrunque *bc* ‖ 7. Dereliquerit (li *ex* lin *corr.*) *a* ‖ 12. oleo *sup. scr. b* ‖ 13. plenumque *c*. plerunque *b* ‖ 14. *Superiori continuat a* | Decrepiti . . . senec *om. a* | qui iam *corr.* b^2 ‖ 15. quin *pro* quid *corr. a* | nunquid *bc* ‖ 16. Driocolaptes *b* ‖ 17. Diplosa (a *e corr.*) *a* ‖ 21. Dispetite *a*. Dispertite (ti *in ras.*) *b* | iungite a^1*:* seiungite a^2 ‖ 22. didit *a*. dididit *c* ‖ 23. 24. *contrahit a* ‖ 23. a proposito *solus b, ut vid.* | seiungi *om. a* ‖ 24. Diriuita digesta uel *om. a* | Diriuata *b* | diriuatio *bis script. semel exp. a* ‖ 26. Deduptus *a* | est ente *a* | expoliatus *ante corr. b* ‖

Depudescentem impudentem.

Destricti enses euaginati id est e uagina ducti.

Domi humi et cet aduerbium est.

Dissiliunt utres rumpuntur.

Dedere est ab editione dictum. deditio enim dicitur quando seiuncti aut uincendi hostem uictoribus traduntur.

Decita est qui deum occidit homicida.

Desipiscentes sunt qui minus sapere incipiunt quam solent.

Desecare est decolare et res quondam mixtas a fecibus segregare.

Discrimen aliquando duarum rerum separationem ostendit quae coniunctae esse possunt ut est in ornamentis mulierum aliquando periculum uitae et capitis.

INCIPIT PER E LITTERAM.

Elephans nulli dubium est quod per .p. et h. soli solitum scribitur quam non per .f. ut pro fratre potior dicimus et propter fratres: sed si uolens pro fratre si inuitus propter fratrem.

Expers carens exspes sine spe et est nomen expertus autem participium est esper uero sine x nihil est.

Expiauit dictum pro satis petiuit et inimicissime ac uehementer adnisus est ex enim pro ualde ponitur.

Euge aduerbium laudantis uel hortantis.

Erebus per .b. non per .u. est autem maritus noctis paterque furiarum et socius chaos.

Eques est qui equo sedet equester locus uel ordo. ut sidicas ille honor equester est. item militat in equestri ordine.

Exultat melius sine .s. littera dicimus nam cum ipsa x ex .c. et .s. constet quomodo cum ineam sit iam .s. rursum ei addimus illam.

Excrementum quod in aliqua re super excrescit ut puta in arboribus ea quae putantur excrementa dicuntur ut uitibus et in corpore si quid excreuerit excrementum dici potest.

Excreamentum uero quod spuimus uel excreamus habetur. item sementum uirile unde animalium et hominum corpora concipiuntur hinc creatores parentes dicuntur.

Examussim uno . m in ante penultima.

Expudet est quasi ualde pudet.

Eous est homo de oriente eos aurora uel lucifer interdum etiam pro sole ponitur apud poetas.

1. unpudentem *a* ‖ 2. deuaginati *c* | est uagina *a* ‖ 3. et cet *om. c* ‖ 5. edicione *ab* | dedicio *a* | tradunt *c* ‖ 7. *om. a* ‖ 9. ostendi *bc et ex corr. a* ‖ 10. INCIPIVNT *a* ‖ 11. per *om. a* | solitum *ex* solidum *corr. a* | pocius *a* ‖ 12. carens espers *b* ‖ 13. minutissime *a* | aduisus *a* ‖ 17. incā *a* | sic *bc* | rursus *c* ‖ 18. excreuerint *b* ‖ 19. Ex crementum *b* | haberetur *ante corr. b* | sementuum *ac* | unde] tantum *b*. cum f. *corr.* b^2 ‖ 20. Examissim *a* ‖ 21. ualde *om. a* ‖ 22. oriente *ex* ouente *b*. ouente *a* ‖

Equus in tutela neptuni in uentoriosci est.

Euphonia uocis sonus suauis.

Emiferia dimidias fere.

Enixa duas res significat et conata ad efficiendum aliquid et quae partu laborata est mulier niti enim uel eniti conari uel efficere est.

Ergasterium graecus sermo est id est operarium ubi opus fit uel taberna ubi alicuius operis exercitia geruntur.

Examussim integre sine fraude musis enim dicitur regula et mensura fabrilis.

Ex re ex casu ex ratione quae agitur.

Exerte prolate exercere enim proferre est uel expedire.

Ergastula dicuntur a graeco ubi dominantur noxii ad aliquod opus faciendum ut solent gladiatores: et qui puta exules marmora secant et tam uinculorum custodiis alligati sunt.

Epiteta sunt quae nominibus apponuntur est autem graecum ut puta magnus homo doctus philosophus epiteta sunt.

Elogium elogia laudes electae ut puta si quis in basi statuae alicuius laudes scribat aut in titulo imaginis elogia dicuntur.

Exoticum nomen est graecum idest peregrinum de foris ueniens dicimus enim exoticum uinum exoticam uestem exoticum mancipium.

Exerat proferat primum uerbum est exero actiuum facit enim exeror passiuum et nomen est exertus.

Etini animalia sunt quae in littoribus gignuntur parua quorum caro minio similis et dulcis est duplex testula spinis acculeata in modum castanearum quando adhuc opertae de arboribus cadunt.

Essentia dicta ab eo quod est aliquid ut si dicas substantia et est generis feminini.

Effutire foras aliquid effundere uel producere cum garatulitate. dicimus enim futiles homines uanos superfluos et loquaces et est methaphora a uasis quae uasa et rimosa non tenent quae inieceris.

Echo graecum nomen est est autem imago uocis quae in concauis locis resultat ostensa ac rosonat appellatus est ut herculem patrem castorem et pollucem pagani dicuntur.

Eo ingenio ea natura omnia generans ingenium pro natura posuit.

---

1. inuictorios ei *b*. in uentoriosui *c*. inuentoris sui c^2. f. inuentoris eius *in marg.* b^2 ‖ 3. dimidia sfere *ex* dimidias fere *b* ‖ 4. eo nata *c* | eficiendum *ac* | liborata *corr.* c^2 ‖ 5. igitur *pro* graecus *a* | sit *b* ‖ 8. exerere *ex* exercere *corr.* *b* ‖ 9. Ergastulta *ac* | damnantur *corr.* b^2 ‖ 10. opponuntur *b* ‖ 11. eologia *a* | basis *b* | ymaginis *a* ‖ 12. Exocioum *a* ‖ 13. expertus *b* ‖ 14. minio *ex* mineo *b*. nimio *a* | aculeata *e corr.* *b* | castenearum *a* ‖ 16. foris *a* | ái garatulitate *corr. in* cum garrulitate b^2. cum ..... *c* | methafora *bc* | rimosa *ex* aimora *corr.* *a* ‖ 17. ymago *ab* | conconcauis *a* | offensa *corr.* b^2 | polucem *a* | dicunt *c* ‖

Ephebi imberbes.

Exanclare exhaurire ex graeco ueniens quod quidem uerbum plautus secularis poeta comicus posuit in stico neste de poluini pauculo pauxilolo exanclaui saepe.

Erugo uitium ferri ab erodendo dicta non ab eromenta.

Euentus ipsa res. euenta autem dicuntur quae ab euentu ueniunt.

5 Experimini experimentum capite.

Enormia grandia uel ingentia.

Exedram absis quaedam separata modicum qui aut a praetorio aut a palatio.

Exphenice abisso expano roseo.

Exciuit excitauit.

10 Excitur excitatur.

Exspecula spectans ex alto loco intendens.

Exerte indissimulanter atque ostentabiliter.

Exerti autem dicuntur qui uirtutem suam exerunt et inpromptu habent.

Euacuans exinaniens.

15 Eguisse indiguisse.

Enucleo perpendo.

Examussim inquiro et est uerbum secundae coniugationis.

Expopularint iactas et te apud populum uel more populum uulga os iactas.

Equinam multitudo collecta et in unum congregata.

Eliminare extra limen proferre uel publice secretum quid dicere. 20

Et per ost hostiam lustratum per sacrificium purgatum.

Exsuperantissimus in exsuperabilis.

Efficientia effectio a faciendo dicta.

Exsul dicitur qui extra solum est: ideo cum .s. debet scribi ut est extirpata a radice subuersa.

Exalbidas non albas sed prope albas. 25

Emissarius flagitiorum et luxuriae satelles. satelles autem de satisfaciendo dictus.

Explicit ad librum refertur: explicuit autem et explicauit ad hominem ut si dicamus explicit liber explicuit homo opus suum.

Extemplo subito continuo ilico.

Elogia laudes enucleatae. item archana uel misteria deorum.

Edule cibo uel esca ab edendo dicta. 30

Euitare est locum aut hominem periculi ac formidinis plenum euadere.

Exitiabilis est homo qui alii exitium praestat: dicimus enim

---

2. Exanelare *ante corr. b* | plautum *a* | sticho *e corr. b* | exandaui *a et ante corr. b* || 3. uicium *a* || 5. euentus *pro* euenta *ante corr. a* | ueniuntur *a* || 7. seperata *a* | a *post* aut *om. ab* | palacio *a* || 8. rosco *a* || 11. spectans *e* spectantis *corr. c* || 17. Examussim° *a.* Examussim *corr. in* Examussio *b.* Examussimo *c* || 18. Epopularint *b.* Expopulariter *b in marg.* | uulgoque *corr. b in marg.* || 19. Equininam *b.* Equitium *in marg. b* | multido *a* || 20. quod *a* | uel — quid dicere *iterat a* || 21. ost *om. b* || 23. efficio (o *ex* e) *a* || 24. Exul *b* || 26. et] ex *a* || 27. explicuit *b.* expliciunt .c. explicuit *a* | et *sup. scr. ab* || 29. mi steria *c.* mysteria *b.* ministeria *a* || 32. exicitium *a* ||

exitiabilem et locum in quo exitium fieri potest ut fouea uel gladius.

Effipia sunt equorum frena.

Exerimus proferimus.

Eritudo dominatio.

Epri pica praelucida.

Exanclare examinare uel exinanire.

Eliminauit extra limen expulit.

Effafilatus exero thumero id est extra filium manu id est extra proferens.

Exitam finitam exactam.

Era domina: eritum dominum.

Elabore animi figurat et pro animi labore.

Excetra multiplex in redindividuum redilebam quae nanne significat.

Ecrocollum pallium tenue meretricium dictum a croceo colore.

Ergo causa uel aperta.

Experientia experimentorum noticia.

Exnuit induit.

Enumquam et quando.

Egregius erectus euigil.

Expergito uelut somno ablato.

Exdorsuandum indicandea.

Experitus non peritus sed extra peritiam positus sicut expers extra partem.

Esciterit expaui uero exeruero.

Exte esse.

Exfigurari expurgare est.

Exinde deinde.

Eccere eccetilis iurerando parcere.

Emulsitatos musim exactos.

Exipitandum dicendum oscitandum.

Efflictim deplorando dicere.

Exanclata exhausta et quasi exangulata id est per angulos quoque exquisita.

Extraneam abortiuam quia plurimum exterciae abiciunt extra.

Exlaudat extra finem laudat.

Exhauterantibus ubertim flentibus ueluti exhaurientibus.

INCIPIT PER F LITTERAM.

Futor consentiens.

Fugator expulsor artificii subtilitas.

Facili falacia a fauco dicta.

Fleminum uestem in qua sanguis ambulando inpedes fluit.

Fauicora prouerbium in eos qui domesticis alimentis usi aliis laborarent dictum ab eo quo capitolium aedificanti tarquinio fabros ac structores corui cum suo uictu miserunt.

Faragonota intextura significans cuiusque dei opus.

1. Effipia *ex* Epipia *corr.* a^1: Efipia a^2. epythia $a^2b^2c^2$ *in marg.* ‖ 4. Epari pica *ante corr. b* ‖ 5. exandare *a et ante corr. b* ‖ 6. limum *c* ‖ 7. euerto humero *in marg.* b^2 ‖ 9. Hera b^2 *in marg.* ‖ 10. laboro *bc* ‖ 11. quae nãne *b.* q na . . . . . *c* ‖ 12. Ecrocolum *c* ‖ 15. Eximit *c* ‖ 16. Enunquam *bc* ‖ 20. peritus et *c* | periciam *a* | partem uero exeruero *a* ‖ 21. *om. a: cf. 20* | Exiterit *b* (sc *sup. scr. m. 2*) | *pro* uero *lac. c* | exeuero *b* ‖ 25. iurerando *ab.* iure . . . . . *c* | p̃ce b^1. per cererem *corr.* b^2 ‖ 26. Emussitatos *e corr. b* ‖ 28. Efflictam *ante corr. b* ‖ 29. Exanglata *ante corr. b* ‖ 30. Extranea abortiua *c* | exterciae *om. c* ‖ 33. INCIPIVNT *a* ‖ 36. Facili (*et* alla *sup. scr.*) *b.* Falla facili *a.* Falla *c* | falaciam *a* | faueo *a* ‖ 38. corui *a.* communi *b.* *om. lacuna signata c* ‖

Fauises pectus fossae quaedam in capitolio quae in modum cisternarum cauatae excipiebant dona iouis siqua uetusta erant hominum a fruge danda.

Forco quam nunc fallis cum appellamus nunc cultra. alias secularis qua pontifices in sacris utuntur dicta ab eo quod ferianda petat.

Formastro opere pistrino formum calidum.

Feriatum perfractum.

Fassitus solutus sit aut consumptus uel exhaustus a fatiscendo.

Ferocientes ferociam exercentes.

Flaxare uigilias circumire.

Fauinorum modorum antiquissimorum uersuum quibus fanum celebratur.

Famulatio seruitium ut eritio dominatio.

Forda plena dicta a praegnante quod proprie significat.

Fracebunt sordebunt displicebunt dictum a fratribus qui sunt stillicidia sterquilinis.

Facinus omne factum.

Fauonium odium leue et sine causa uelut a uento collecto.

Futauit fuit.

Fulsit periit uel percussit fulgere enim ferire est unde quoque fulmen dictum.

Fuctis uas aquarium perparui operis.

Facetus iocis lusibus sallibus urbanitatem.

Facul facile.

Ferentarius leuiter armatus sagittis aut fundis.

Flixerit adflixerit.

Fratria fratris uxoris.

Frontesia ostenta: unde et portendere uel ostendere.

Flatellis sordium glomusculis.

Flatores tibicines a flando.

Flagratores qui se flagris conducti cedunt.

Formitat formitibus exassulat.

Funus et ferias prouerbium est moredìat quoniam funere publico feriae dicuntur.

Fratrarent turguerent pubescerent.

Fauri compitum ubi nunc lacus captiuus de hostibus recuperatos domus fabricia data est.

Futauere fuere.

Frugem fecisti probe fecisti unde quidem frugi.

Facesse fac interdum.

Fugitiuae aquae quae pluunt ex riuo publico neque deprehenduntur unde fugitiua dicta sunt quae furtim quis hac non suo iure uteretur.

Fluxuas equitis quoddam genus ab ornamento equi quod fluxum uocant.

---

1. f. specus *in marg.* b^2 | cauata *ab* ‖ 2. Foreo *a* | cul///ra *b* ‖ 3. fornium *b* ‖ 8. Fauinorum *b*. Faunorum *ac* ‖ 9. ericio *a* ‖ 11. Fracebunt (ra *in ras.*) *b* | f. fracibus b^2 *in marg.* | sterquillinis *bc* ‖ 13. et *om. b* ‖ 17. salibus *ex corr. b* | urbanitate *ex corr. b* ‖ 25. *post* Flagratores *verba* Tibicines a flando *del.* a^2 | se *om. b* | caedunt *om. h. loco ab: cf. 26* ‖ 26. Formitat (a *ex* e) *a* | exassulat cedunt *ab* ‖ 27. mediat *b (?)* ‖ 29. compositum *a* ‖ 31. quidem] f. uirum s. *marg.* b^2 ‖ 33. f. fluunt b^2 *in marg.* | indeque praehenduntur s. b^2 *in marg.* | firtim *a et ante corr. b* | ac b^2 *in marg.* ‖ 34. uocat *ac* ‖

Frestram fenestram.

Fostori nomen clatori.

Freta moeta crumata uel modulosa.

Flatare augere uel amplum facere.

Facessite est frequentatiuum facite dicimus et facessite recedimus.

Fenero feneror dicimus habetque quatuor participia ab actiuo duo feneratus fenerandus.

Foenus generis neutri est hoc fenus fenoris fenori fenus o fenus a fenore difficile in usu legimus plurali numero maxime nominatiuum accusatiuum et uocatiuum possunt tamen fenora.

Factus illa res dicitur et factus illam rem ut si dicas effectus est caro et effectus est carnem sed melius nominatiuo quam accusatiuo.

Forcipes non forfices dicimus.

Faeneuris cum a.

Fastus superbia et est quarta declinatio.

Furui furorem passus sum.

Furuarum nationem gentium nigrarum indi aegiptii mauri aethiopes furuum enim nos nigrum dicimus. unde fures qui in obscuro latent et forni furui ergo nigri.

Fetutinis id est sordidis occasionibus quae per mulieres foetum facere possunt.

Fediculae sunt ungulae quibus torquentur in eculeo ad persas.

Festinate aucto cito adulto et est aduerbium.

Frimurium generis neutri. item feminini frimuria.

Fetutina res fedae et sordidae et inquinatissimae ac mulieres.

Faxo faciam temporis est futuri.

Fornicem mohetiam.

Fastidiosum renidens uel pro aduuens uel consentiens uel ridens renidens enim plerumque uultus dicitur laetitia uel risu profusus.

Fastidiosum uero pro fastidiose dixit nomen pro aduerbio ut est toruumque repente clamat.

Futura allucinentur quasi lux orioso sermone incerta praedicant.

Ferrugo genus quoddam tincturae similis purpurae nigrioris.

Federa dicuntur sacerdotes per quos federa fiunt inter duas gentes quae post bellum ad pacem redeant.

Fatesceret habunde aperiretur.

Forasticas exteriores.

Flagitia dicuntur turpia et sordida libidinum crimina.

Festiuissimus est dies plus quam festus dicitur et homo festiuissimus et urbanissimus.

INCIPIT PER G LITTERAM.

Gestio sic declinatur quomodo audio amicio amiciebam est enim gestio neutrale uerbum.

2. nomen elatori *a* ‖ 3. mo . . a *c* ‖ 5. est *om. c* ‖ 7. plurari *a* | accusatiuum et uocatiuum *om. a* | oe *servat c* ‖ 10. Faeneuris (a *in ras.*) *b* ‖ 12. forni furui (*ex* furni) *a m. 2.* forui furui *c ante corr.* ‖ 14. Fetutiuis *a* ‖ 18. ros *a* ‖ 21. adiuiens *bc* | reuidens *bc* | plerunque *b* | laeticia *a* ‖ 24. simil' *b*. simul *a* ‖ 26. Fatisceret *ex* Fatesceret *b* ‖ 28. Flagicia *a* ‖ 30. INCIPIVNT *a* ‖

Glaucus color interdum pro uiridi ponitur et qui admixtum habet uirori alborem. nam uirgilius hoc sciens glaucas salices et oliuas glaucas dixit. item in equis aut hominibus glauci oculi pro splendidi ponuntur. legimus nonnunquam et maris colorem glaucum dici sed tunc quando canescit fluctibus unde glaucus deus maris senior fingitur ac cautiae fluctuum.

Grates duae sunt gratiae quae aguntur. sed tamen indiscrete ponitur.

Globus dicitur genere masculino lunaris ut uirgilius lucentemque globum lunae. globum autem et glombum et glomera neutro genere pensa mulierum.

Gibbi gibbiores.

Gurgustiolum antrum secrete angustum.

Guorum qui peritiam primae ueritatis insinuant.

Garrire autem multa uerba et sordide loqui.

Gratificum gratum. gratificus est enim gratis faciens.

Gratiosus qui non iuste unicuique quod meretur tribuit.

Glaber rasus.

Gimnasia dicuntur loca in quibus nudi homines exercentur unde omnium prope artium exercitia gimnasia dicuntur.

Gazae dicuntur diuitiae lingua persarum a gaza oppido graecorum in quo olim persarum rex diuitias congesserat uniuersas.

Gratissimus et animo et corpore dicitur.

Genuinorum dentium proprie ultimorum.

Gutturneo gutto.

Gallus pullus gallinacius.

Gnaruris gnarus sciens.

Galliciola cortice nucis iuglandis uiridi per quem corpus humanum intelligi uult.

Grauascela graues id est anni.

Gramis gremis quae sunt pituitae oculorum.

Gerras nugas ineptiasque.

Gorgos aduerbialis interpositio ut porro prorsus nimirum.

Gnaricantionum sermonum conloqui parcitis ad quas cruribus colligatis ambulantes grauatores dicuntur.

Gerro nugator dictus a gerris.

Geniset ea parte uultus quae inter malas et auriculas est ideo genae dictae eo quod infans in utero caput inclinatum inter genua tenet

Gnoscet sentiet experietur.

Gnoritur cognitum sibi compertum est.

Glomerum pallium pastoralem.

INCIPIT PER H LITTERAM.

Heroes dicuntur uiri aerei uel caelo digni id est fortes uel sapientes.

---

1. a canitie *in marg. b*[2]. a canicie *in marg. c*[2] ‖ 3. globum autem et glomum *c* ‖ 11. arcium *a* ‖ 14. Genuiuorum *ante corr. a* | dentium *om. a* ‖ 16. gallinaceus *c* ‖ 18. Galliciciola *a* ‖ 20. gemis *a* | pitutae *ab* ‖ 23. conloqui parcitis] f. Grallam perticam *in marg. b*[2] | grallatores *in marg. b*[2] ‖ 25. Genis . . ea parte *c* ‖ 29. INCIPIVNT *a* ‖ 30. Heredes *c*. Hereos *a* | uel edo digni *a* | ob aera *b*

ab aera id est iunone quam aerem dicunt esse ubi regnum et sedes animarum est ut aeris in campis latis et cicero in somnio scipionis ego heros huius herois. mulier uero hero in el heroanas aut heroas ut lemnias.

Haec securis huius securis et reliqua.

Harioli dicuntur insani qui spiritu nescio quo inflati uaticinantes circa aras et templa discurrunt atque baccantur.

Heliton heros apud latinos nullus est querendis ne in graecis aut persis.

Habena id est lorum per .b.

Habuena herba per u.

Honoripetes sunt qui honores petunt ut dicimus heredipetas qui hereditatem petunt.

Hiulca sunt quae aperiuntur abhiando dicta. hiatus enim apertio est ut sunt rimae in uasis fula in terra quando aer suo candore finditur aut si ouum in partes aperias.

Holitores holerum distractores.

Houis est quem pagani inter sacra siderum colunt.

Hosirim uero pro sole accipiunt simili modo etiam heorum solem uolunt rarum sine aurore deum.

Hesculapius asclepius medicinae inuentor.

Hilum quicquam.

Hemdem aeque similiter.

Habitudine habitu.

Harenam ut has aquas nos aras et lases quos nos lares dicimus.

Hiare aperire.

Hinnire stridere.

Hariolatus est diuinauit coniectauit.

Hastinate caua staca.

Hispido truci horrido.

Herbidus ab herbae colore id est uiridis.

Habitior plenioris habitus.

Herediolum possessiunculam.

Herasintima intestina quorum diminutio illae dicuntur.

Hostita aequata lenita.

Habeo habito quod nunc frequentatiue dicitur qui hic habet pro habitat.

Hellui crapula ueterani unde hellu-ones dicuntur.

Herbam dedit hoc enim contendentibus erat uulsam herbam qui uinceretur porrigendi ut nunc dicitur.

Horno anno.

Hirudo sanguisuga.

Hermae simulacra sunt mercurii tantum caput et pedes habentia corpus autem truncum est et quadratum totum. est autem nomen graecum.

Hermes id est mercurius.

Hara locus est tenebrarum uel porcorum.

Humus terra ab humanitate dicta quia cunctis humana est et est generis feminini.

---

iunonem *a* | aer aeris *c* | heroinas *ex corr. b* | lamnias *ante corr. a* ‖ 2. bacchantur *c* ‖ 3. ne *om. a* ‖ 5. *om. a* ‖ 6. Honoripedes *a* ‖ 7. Hiulea *a* ‖ 10. earum *a* ‖ 11. medianae *a* ‖ 15. f. hasas *in marg.* b^2 | et .ases *c* ‖ 21. Herbidius *ab* ‖ 27. pro crapula *a*

Harioli diuini qui concepto ante aram spiritu futura praedicunt.

Hiatus proprie est omnis oris apertio translata a feris quarum auiditas hiatum id est oris apertionem monstratur inde dicitur et inhiare id est alicui rei acriter et uehementius incumbere. est et inhiare intendere aliquid et caute prospicere ut si dicamus aruspicem in exta inhiare.

Hirpices tribula.

Hidra draco fuit multorum capitum lerna pallude prouinciae archadiae.

Habilis dicitur qui se habet id est integer et fortis.

INCIPIT PER I LITTERAM.

Infamia non dubium est quin generis sit feminini. nam si neutro dicas ut uerbi gratia infamia locutus est uerba stabit quidem.

Incestum puto .a. litteram debere retinere ab eo quod est incastum uenit caestum dicunt zonam pelliciam ueneris quae legitimas nuptias ligat si quis ergo alieni legitimique matrimonii iura uiolauerit incestum dicitur admisisse id est quasi castitatis uinculum zonamque ueneris uiolasse.

Indea cum a scribendum.

Indagus indaga indagum participia sunt cum ut tantum.

Inguen inguinis generis neutri nomen est partes corporis iuxta pudenda.

Inguinis uero in latinum nomen est.

Inclaudicabilis et inclausabilis inclaudicabilis ad pedem refert inclausibilis ad locum.

Inclaudibilis uero inrationabile.

Ianuarius dicitur mensis iano deo sacratus.

Ianuarius est enim princeps deorum quasi mundi uel caeli uel siderum uel mensium.

Ianus autem qui est bifrons et quadrifrons bifrons qui et orientem et occidentem teneat et praeterita uel futura cognoscat quadrifrons quatuor elementa uel tempora uel cardines mundi hunc quidam iouem quidam solem esse crediderunt quia limes et ianua sunt anni. februarius mensis a februo id est plutone qui ianuarium diis superius februarium diis manibus cum ...... car ergo februarius a deo februo id est plutone mensis februarius dictus est natura febre. martius martis aprilis ueneris quasi aproilis quia graece a prodi tuenus dicitur quod ex maris spuma dicatur esse progenita. aprilis enim graece spuma est

2. monstrat *c* | idest — est et inhiare *om. a* ‖ 4. draco *ex* droco *a* ‖ 6. INCIPIVNT *a* ‖ 7. gracia *a* | loquutus *c* ‖ 8. Incertum *a* | caestum *b*. castum *c*. extum *a* | pelliceam a^1: pelliciam a^3 | legittimas *a* | ingestum *a* ‖ 12. uero ī *c* ‖ 13. refertur *ante corr. b* ‖ 14. inrationabile (le *ex* lis) *a* ‖ 15. mensis *om. a* ‖ 17. de mensium appellatione *in marg. b* | quadrifons *a* | et qui *ante corr. b* | a februa *c et ante corr. b* | quia *in marg.* b^2 | natura] nam *corr.* b^2 | marcius *a* | aprodita uenus (u *1 sup. scr.*) *b* |

uel aprilis ideo quia hoc mense terrae omnis aperitur fructus. maius a maia matre mercurii uel a maioribus qui erant principes rei publicae. nam unum mensem maioribus sequentem antiqui iunioribus consecrarunt unde et iunius dicitur. iullius in honorem gaii iulii caesaris imperatoris romani. augustus in honorem augusti similimodo imperatoris romani qui caesari successit. september a numero quia septimus est. sic etiam october quia octauus est. similiter et nouember quia nonus est et ita december quia decimus est mensis.

Ius praetorium iurispraetorii iuripraetorio iuspraetorium o iuspraetorium ab hoc iurepraetorio.

Intendere autem multa quidem significat intendere obducere coronare uel ligare ut uirgilius: intenditque locum sertis. item intendere minari. sallustius. manum in os tendens. intendit criminatur aut cedere aut iniuriam difficile tamen in bono est.

Iuuat delectat prodest.

Incensant recusant.

Impunita quae penam euasit id est quae punita non est.

Indoles nobilitas generis.

Incubitus dicitur ab incumbendo siue iacendo siue alieno aptando.

Inuisi inimici felicitatibus uel odiosi.

Inurere infligere notas uel insignia uel maculas ut solent equos uarios signis ferro candenti designare uel alia animalia.

Indespicere aliquid incipere et perficere ac potiri.

Incola dicitur qui aliquem locum ad se pertinentem incolit. pan uero est quem pagani deum dicunt uel in cibum appellant caprinis pedibus barbatum rubicunda facie in dextra fistulam laeua uirgam tenentem quem uolunt rerum et totius naturae deum: unde pagani quasi omnia appellant.

Ilitus linitus.

Iube nalepharos semper uirens et numquam senescens lumen ut si de sole dicamus.

Infit incipit fari.

Infulae sunt ornamenta omnium horum rerum et dignitatum et equorum effipia siue freni.

Ingluuies gulla uel uoracitas.

Impraesentiarum pro impraesenti.

Insectandi et compellandi cum iniuria appellandi.

Indiges dicitur interdum emhiteus ut supra dictum est ab indigendo diuinitatem qui cum homines fuerint indiguerint tamen diuinis dicunt etiam quodam indigentes deos naturales et caelestes a contrario quod nullis indigeant.

Iulius *b* | imparatoris *bis a* | augustum *a* | sic etiam — oct. est *om. ab* | quia et *a* ||
2. uergilius *c* | salustius *a* || 6. non sic *in marg. b*² || 7. incubendo *ex* incumbendo *b*
11. incubum *b ex corr.* || 12. linitas *a* || 13. nunquam *bc* || 15. Insulae *a* | f. honorum *in marg. b*² | efipia *b*¹*:* epythia *c*² *et b*² *in marg.* | alias epithia *add. a*
16. gula *b* || 17. Impotentiarum *b*¹*: corr. b*² | impotenti *b*¹*: corr. b*² || 19. emhites *b*

Itidem iterum atque iterum. interdum et pro similiter.

In eternae uitae crepidine fuit datus in fine et propinquitate uitae aeternae constabilius.

Inextricabile inresolubile quod numquam finitur facit aduerbium inextricabiliter.

Insignit insigne facit uel signum imponit translatum ab animalibus quae nota signantur.

Immensorum thesaurorum ratio inquidem facit sed propter euphoniam immensum dixit.

Infersisti replesti.

Inspeculis in aspectibus uel inuisibus.

Infercis reples.

Intemerare ualde contingere uel populari atque uastare.

Iuuentus iuuentas iuuenta. iuuentus iuuenum multitudo. iuuentas dea iuuentutis. iuuenta ipsa nostra aetas est sed nostri in plerisque locis aliter posuerunt.

Iubar splendor solis uel lunae uel stellarum quod in modum iubarum radii ipsorum extenduntur.

Ininculta demo non culta.

Inualitudinariorum languentium.

Impensa uel impendendo quod erogando et scribitur per .n.

Impraeiudicata non iudicata non aucta.

Ingeri est offerri ut ingessit se iudiciis id est obtulit.

Innexis innitens ut si quis baculo innitatur aut columnis fabrica.

Imburim incuruationem.

Inpropatulo est in aperto patula enim et propatula dicuntur loca diffusa et dilatata.

Ineuitabilis dicitur qui fugere non potest uel declinari.

Ingruit imminet impendet ut tempestas.

Influstris in porta.

Impilasti conuicio conscidisti interdum castigasti.

Impulsas impositas unde hodie quoque impulsari o fascem dicimus quod magis imponi decentius dicitur.

Interibi interea uel interim.

Ibulsis idest illis.

Iuxta oppidum prope carceris.

In ridiculo in risu in cachino.

Iudace antebat in uestem.

Impubem sine barba.

Instragula stragula absternendo.

Ingratis sine uoluntate.

Infuit dictum ab eo quod praeter tempus significet.

Iuuencam iuuenem puellam.

Iugi iunoni aqua uicus ungarius arabis ita est.

Infellicare infelicem facere infligere.

Inuolant inuadunt arripiunt.

Iterant dicunt indicant.

Inciente innitente pariente a ciendo

---

1. et *om. b* ‖ 3. nunquam *bc* ‖ 5. eufoniam *bc* ‖ 8. Interas *ante corr. b* ‖ 10. iuuenta (a *ex* us) *a* | Iuuentus *om. c, suppl. b in marg.* | iuuenta *om. a* ‖ 12. domo *corr. b* ‖ 17. initens *a* | aut *ante corr. b* | inuitatur *a* | columnis *bis a* ‖ 18. Inburim *bc* ‖ 24. o *om. b* | magister *c* ‖ 26. Ibulsis (b *ex* u) *a*. Ibulsus *c*. forte illibus sicut hibus *in marg.* c^2 ‖ 27. carceres *ante corr. a* ‖ 29. Indace *c corr. b* ‖ 30. Impube *b* ‖ 31. Instrugula *c et ante corr. a* ‖ 35. f' iugarius *in marg* b^2 ‖ 38. Interant *c et ante corr. b* | inducant *a* |

et inuocando proximos quoque auxiliatores.

Inluuie incuria sordibus.

Inclamitari conuitium pati interdum corripi est.

Igitur dum deinde.

Ingluuiem cornutus uentrem plinius edacitatem.

Inmundo expedito uel ad manum procincto.

Iani labor seruiam dictum a iaculis qui sunt militares.

Interficto interrumpe.

Impatibile quod quis pati non potest.

In moene improbum culpandum uel interdum munere liberatum.

Iecore iocinore.

Infermento est iter infermentari id est taciter dissimulanter intraserunt.

Imploratis inuocatis.

Indute erga te uel ante te.

Iurgio incursatione.

Inter stat inter est.

Iuge sine defectione peremne ac perpetuum.

Iudicatus iudicio addictus damnatusque.

Infrequens absens alienus dictus militum ignominia qui cum uocati non adfuissent infrequentes notabantur.

Infindis ingens oblitus.

Insequis narras refers et interdum pergis.

Infuruas insulas offundis.

Immerito non merito.

Insortem infelicitatem.

Instabor instar uel similitudo.

Istamcine istam ergo.

Iactatus inductus captus.

Impitus implicitus uel inretitus.

Intercus rops.

Impotens impos uel sine potentia interdum praepotens.

INCIPIT PER K LITTERAM.

Kalende mensis inceptio.

Kaput prima pars hominis.

Kalumnia iurgium litis.

INCIPIT PER L LITTERAM.

Ludicrum spectaculum.

Ludibrio.

Lemorum laruarum.

Lupam meretricem a rapacitate uel a libidine huius animalis unde et lupanar dicitur.

Lepidula festiua.

Ludibunda adulescens.

Laudare nominare uel referre.

Litumos patientiam calcatam uel crudelitatem in ritum.

Lorarius tortor.

Latrinis locis quibus solebant lauari sordida.

Lustris locis abditis in quae potandi libidinumque causa secedebant.

---

4. Incluuiem *b* | plenius *a* ‖ 11. intra///serunt (n *erasa*) *b*. intruserunt *c* ‖ 15. Inter est stat *b* ‖ 17. additus *ab* ‖ 18. ignomina *a* ‖ 20. perenne *c* ‖ 25. Istanicine *b* ‖ 27. in reticus *a*. irretitus *c* ‖ 28. Intereus *a* | ante rops *lacuna in omnibus* ‖ 30. INCIPIVNT *a* ‖ 31. Kaput prima pars hominis *etiam post* inceptio *legitur in a* ‖ 34. INCIPIVNT *a* ‖ 35. Ludicro c^1: *corr.* c^2. Ludicrorum *ante corr. b* ‖ 37. laruarum (r *prius ex corr.*) *a* ‖ 42. pacientiam *a* ‖ 43. Lolarius *ante corr. b* ‖

Longinquius longius ulterius.

Lacessam uocabo.

Lucide palam.

Lues solues.

5 Larundam quam quidam uiam dicunt.

Limasses conlocasses.

Latro satelles dictus a lateris custodia sine praepositione oblitus immemor.

Laterna punica a pellibus quasi ab unculis et gularum adfixas extendent.

Libassius liber pater.

10 Lutulentasset lutulentum fecisset.

Luncuns nominatiuus glosei maticos.

Lucunti genere neutro numero semper plurali .l. mentus autem generi masculino dicunt iudei et eorum filii cimices non lecti genialis sed scandaphilae amphiteatralis.

Lepidus mollis dicitur a lepore quod animal mollissimum est facetus uero qui iocos gestu et factis commendat a faciendo dictus.

Libitina est dea paganorum.

15 Libidinis deam quam quidam uenerem infernalem esse dixerunt tamen et libitina dicitur lectus mortuorum uel locus in quo mortui conduntur.

Listrigonae gentes sunt crudelissimae ut ciclopas diximus.

Lepos urbanitas elegans et mollis ac faceta unde homines tales lepidi uocantur.

Licet aduerbium permittentis esse intelligitur.

Libare est leuiter aliquid contingere ut si quis inuitatus ad conuiuium uel potum per exiguum quoddam de esca uel potione sumant non ualde uel nimium satis.

Litua uirga incurua pastorali ge- 20
neris feminini.

Lembus nauis breuis.

Lucinam alii iunonem alii dianam dicunt quae parientibus praeest.

Limuo purpura.

Linx genus ferae agrestis uariae similis similis leopardo libero patri sacratum.

Liberauit de praeterito per .u. 25
liberabit de futuro per .b. scribitur.

Limphari est bachari et furia quadam aut demonibus impletum rotari huc atque illuc et discurrere sicut limpha id est aqua sicut aqua huc atque illuc diriuata aut fusa discurrit. sunt quidam qui dicunt limphatico spiritu quodam aquarum perturbatos agitari.

Liueneia nomen fictum ab eo quod dicitur liuet.

Lampenae stellae quae sic dictae.

Liniamenta extremitates corporum ut puta ubi finitur tendens deorsum auricula unde pictores liniamenta appellant designationes

---

